ELore bat tunc tempis venerabilis hugo pariſienſis ſancti victozis canonicus religione & ſcientia literarũ clarus· & in vij liberalium artium ꝓtia nulli ſui tpe ſecundus qui inter multa que vtiliter ſcripſit etiã librum d̃ ſacramentis valde neceſſariũ duob? voluminibus ꝓhenſum edidit·In cuius libzi volumine ſecundo quidã mirabile intexuit de quodam pegrino ·de quo·ſ·ſupius dictũ eſt·quẽ dyabolus in ſpecie ſancti iacobi apparens ad hoc ſe duxit·vt ꝓpria manu ſe interficeret·Cunqz eum dyabolus ſecũ traherz ſanctus iacobus ſupueniẽs eripuit eum de manu illius & multa ei oſtendens ante iudiciũ dei ſtatuit·atqz vt denuo vite redderet̃ obtinuit·Petente autem rege ludowico explanauit· gerarchiã ſãcti dioniſij martiris multis obſcuritatib? plenam.

Actor· Scripſit etiam & idem hugo & alia plurima opuſcla·ſ·dyaſcolõ libros·v·Sup eccleſiaſtẽ omelias·xv·Sup lamentatõnes hieremie libz vnũ·Sup gerarchiã dioniſij ãgelicã·li·j· De arca anime·li·j·De virtute ozandi·li·j·De mſtitutõne nouitiozum·li·j·De arca noe li·v·De anima xp̃i· li·j·De ꝓpetua virginitate beate marie·li·j· Expoſitõz ſup magnificat·li·j·Sup tota pulcra es·l'·j·De ſacramentis·li·duos·Itẽ notulas ſup quoſdam verſus pſalmozũ & alia plura opuſcula de q̃bus hec pauca que ſecunt̃ excerpſi in hũc modum

XLVIII Documentũ ei? de ozatõne·

Hugo in libzo de virtute ozandi·

QVo ſtudio & quo effectu a nobis ozandus ſit deus ex noſtra miſeria ſim'et ei? miſericoidia conſiderare poſſum?. In cõſideratõe miſericordie noſtre diſcam? quid nobis neceſſe ſit petere mcõſideratõne miſericordie dei noſtri quo deſiderio debeam? poſtulare· Cogitem? q̃ ſit brevis vita noſtra·q̃ via lubzica·q̃ mors incerta·Cogitemus qz lugentes in hanc vitam ĩtranimus cum dolore ptranſim?·Cum luctu exituri ſumus· Vt aut̃ ptermittamus mala ea que oĩs omniter homĩes oppzimũt·qualia eſtimamus eſſe ſecreta picula ſingulozũ·quoz ſibi quiqz oſcij ſũt ſi cogitare quiſqz voluerit·que ab meũre etate mala fecerit que ſuſtinuerit·Quotiens ꝓ amore vite eius fruſtra deſudauerit·quotiens m laboziosis conatibus fallaces exitus inuenerit·& poſt lõgoſ diſcurſus requiem necdum vllaz adept? ſit·Cognoſcet quid de hac vita iudicare poſſit· Cum autez vite huius erumnã cõſideret etiam que ſit patrie celeſtis ſuauitas atqz dulcedo attẽdat & ꝓpẽdat quid ĩuenerit·qd poiderit·vt exutroqz intelligat quantum ſibi in hac exilio lugendũ ſit·Hinc enim

salomon dicit. Qui addit scientiam addit & dolorem .quia quanto magis homo mala sua intelligit tanto amplius suspirat et gemit Postremo super est vt in memoria malorũ nostrorꝝ etiam misericordie dei recordemur quia fiduciali? de futuro eius miserationes requiram? sed quẽadmodũ in ꝑterito nostri misertus sit cogitemus.reuocem? ad memoriam bona que tribuit.& qꝝ in piculis sepe cõstitutos clementer eripuit.nec vnq̃ peccatis nostris quominus misereret vinci potuit.Oblitos sui de se admonuit.auersos ad se reuocauit.venientes ad se benigne suscepit.penitentib? indulsit.pseuerãtes custodiuit.Meditatõ nãqꝝ assidua sciẽtiã.sciẽtia opunctõem.opunctõ autẽ deuotõnem parit.deuotõ vero oratõez ꝓficit.Sciẽtia est quando homo ad cognitõem sui illumĩatẽ.Cõpunctõ est qñ ex cõsideratõne malorũ suorum cor interno dolore tangit.Deuotõ est pius & humilis effectus in deum qui ex opunctõne generat.Tritus em̃ magnitudine malorũ suorum animꝰ & diffidẽs de ꝓpriis viribus ad deum se conuertit.& tanto ardentiꝰ patrociniũ illius expetit.quanto sibi nichil extra deum relictũ esse videt in quo cõfidere possit.Deuotõ igitur est conuersio in deuꝫ pio & humili affectu Humilis em̃ est ex scientia infirmitatis sue. pius ex cõsideratõe diuine clementie.Hec ĩ se tres pr̃cipales virtutes habet.fidem.spem.caritatẽ.Neqꝝ em̃ homo ꝑ deuotõnem se ad deũ conerteret.nisi & crederet se ab eo saluari posse & sperat eum misereri velle.Postremo nisi eum plusq̃ mala sua diligeret.nequaq̃ illa fugiens refugiũ sibi in ipo eligeret.Nichil ergo aliud est oratõ qꝝ mentis deuotõ.i.conuersio in deum ꝑ pium & humilẽ effectũ.fide spe & caritate subnixa. .XLIX.

De specieb? oratõnis.

Tres sunt species oratõnis.supplicatõ postulatõ.insinuatõ.Supplicatõ est sine determinatõne petitõnis humilis & deuota precatõ.Postulatõ est determinate petitõnis certa narratõ.Insinuatõ est sine petitõne ꝑ solam narratõem voluntatis facta signatõ.Tria sunt genera supplicatõnum.captatõ.exactio.pura oratõ.Captatõ est quod fit ante postulatõem ad ꝑpandum & inclinandũ animũ auditoris.Quod trib? modis facimus.Primo cũ aliquid dicim? qõ ꝑsonam vel causam nostrã commendet siue meritũ nostrꝝ siue infirmitatẽ.siue aliud.Secũdus mod? est cũ aliquid in laudem ei? ꝓferim? quẽ oramus.ꝑ qõ apud animũ nostrũ eum carũ & acceptabilẽ esse significamus.vt nostra caritate vicissim ei? dilectõnem mereamur.Tercius est cũ aliquid dicimus ꝑ quod apud animũ auditoris causa aduersarij nostri siue ꝑsona deprimit̃.vt odio potius qꝝ amore digna videat̃.Exactõ est post factã postulatõem quando auditorem ne petitõ nostra apud eum in obliuionẽ veniat.quadã instantia memorẽ facim? hoc genus qꝝ apud homines ĩportunũ videtur.tã apud deum gratũ atqꝫ laudabile est. Pura oratio est quando ex abundãtia deuotõnis mens ita accenditur.vt cum se ad deum postulatura conertit.p amoris eius magnitudine etiã petitõnis sue obliuiscat̃.Inter hec tria supplicatõnum genera infimuꝫ locũ captatõ.medium exactõ.supremũ & excellẽtissimũ pura oratõ obtinet.quia captatõ timorem exactõ fiduciã.pura oratõ ꝑfectũ amorẽ habꝫ.ita vt pura oratõ magis in iubilum conertat̃ & appropinquet deo.proueniat citius & efficaciꝰ obtineat. Postulatõ est determinate petitõnis incerta narratio.Hec tribus modis fit.obsecrãdo rogando.simpliciter postulando.Obsecratio est quãdo vehementior necessitas deuotius ꝑcibus insistere cogit.In mediocrib? causis rogamus.in minimis simplicitẽ postulamus.Excellentissimũ est obsecrare.mediũ rogare.minimũ simpliciter postulare.Insinuatio ẽ etiã sine petitõne ꝑ solam narratõem voluntatis facta signatõ.Hec quoqꝫ trib? modis fit.timore fiducia & ꝓemptu.Timore fit quãdo magna ẽ causa quã agimus vel ꝑsona quã rogamus.sicut istud Domine si fuisses hic frater meus nõ fuisset mortuus.Rogare em̃ voluit vt dominus fratrẽ suum mortuũ suscitarꝫ.sed quia ꝑ magnitudine cause & ꝑ reuerẽtia ꝑsone extimuit.insinuare potiꝰ qꝝ postulare elegit.Dixit vnde voluntas intelligeretur & temeritas nõ reprehenderet̃.Fiducia fit quando vel de facilitate cause vel de benigna olẽtia ꝑsone cõfidimus.Et ideo patẽter desideriũ nostrũ exprimere negligimus .quia nos obtinere posse sola insinuatione spamus.sicut est illud.Vinum nõ habẽt Contẽptu.quãdo causa vilis est.vl̃ ꝑsona que rogatur humilis.que omnino ab oratõne diuina excludit̃.apud homĩes aũt maxime superbos & potẽtes maximo studio exercet̃.Insinuatõ ex fiducia ꝑfectis conuenit.ex timore ĩcipientib? ex ꝓemptu malis

.L. De quibusdaꝫ psalmis qui non videnẽ ad oratõnem ptinere.

Quosdam mouere solet qꝝ in oratõnibus nostris illos etiam nõnunq̃ psalmos qui vel petitõnis verba non habẽt.vl̃ ad nostram petitõem non ptinẽt decantare solem?.Ecce em̃ inquiũt deũ ꝑ indulgẽtia peccatorꝝ nostrorum deprecari volumus.quid nobis ad hoc ꝓdest.Si vel.quare fremuerũt gentes.vel Attẽdite populeus.vel aliũ huiuscemõi decantam?.Qꝫ qs quis supdictas oratõis species diligent̃ prospexerit qualiter etiam ista in oratõib? dicta valeãt facile discernit. Dicamus igit̃ omnes illas scripturas idcirco vtiliter debere & conenienter posse inter vota ꝓcum nostrarꝝ ab oratibus recitari.vt in nobis affectum pie deuotõnis excitãt.& cor nostrum vel narrãdo laudem dei ad eius amorem ꝓuocant.vl̃ nostrã commemorando miseriã ante aspectũ ei? nos humiliãt.vel maliciã aduersariorꝝ nr̃orꝝ exaggerãdo & vtilez nobis solicitudinẽ & fiduciã corã ipo ampliorẽ ꝓstant.Siue igit̃ laudem dei in bonitate & potentia.siue miseriã nostram in infirmitate & culpa nostra.siue maliciã aduersariorꝝ nostrorum in tirãnide eorꝝ et astutia ad exercitatõem mentis et augumentũ bone deuotõnis orantes commemoremus nichil ineptum facimus.sed ꝑ pium effectum quẽ ipa in nobis verba excitant vbiqꝫ orantes sumus. Vnusquisqꝫ ergo cum in oratõe vl̃ psalmos vel alias quascunqꝫ scripturas decantat diligenter cõsideret cui affectui deseruiant.& ad illum affectum toto nisu cor sunm excitet.ad quez id quod loquit̃ magis ptinere videt.sicqꝫ ꝑ intelligentiam verborꝝ in maiorẽ deuotõem affectũ accendꝫ. Certe videmus adulatores qualiter se erga illos a quibus aliquid expetũt deuotos simulant.et nos ꝓcibus nostris ꝓuentamus faciez dommi.et vt mereamur obtinere qõ petimus.non simulatam deuotõnem.sed veram caritatẽ offeramus.Beatificemus amicos domini nostri.indignemur inimicis eius. Laudem? in eo potẽtiã pietatem.sapientiã eqtatẽ Item narremus ei miseriam nostram.confiteamur

ei culpam nostrā·efferamus ei obedientiā nostrā Dicamus & credam? aliū non esse p quē possim? eripi·p quem spem? liberari·Item ostēdam? ei ad uersariorū nostrorū demonū & puersorū hominū maliciam·crudelitatē·iniquitatē tirānidē·q ei ad uersanē qui nos psecunē·q nobis hostes sunt qui ei otradicunt·q odimus que odit q diligim? que diligit·malle nos ꝓpter eum odia inimicorum ei? ppeti q̄ contra eum habere pacem eorū. LI.

De scientia recte viuendi item in libro de instituōne nouiciorum·

SCientiā recte viuendi & honeste·ꝓpare sibi oportet hōꝝ ptī ratōe·ptī doctrina ptim exemplo·ptim meditatōne sacrarū scripturaꝝ·ptim assidua inspectōne opum ac morum suorū·Ratōne quidē hoc modo·Debet siquidem homo diligenter cōsiderare quid liceat & q̄d non·q̄d deceat & quid non·in omni actu & ī omni loco & ī oīni tpe erga omnē psonam·In omni actu·hoc est qualiter sacra & diuina misteria impleri oporteat·qualitē humana officia que ad vsū ptinent corpis exercere ꝓueniāt·vt semp sibi sit pcus & ꝓximo ꝓmptus & deo deuot?·Non soluꝫ autem quid agat·sed etiam in quo loco quid agere debeat ꝓsideret necesse est·Alius est modus se habendi in eo loco vbi de? adorat·alius in eo vbi corpus reficit·alius in eo qui locutōni deputat? est·alius in eo vbi silentiū custodit·alius deniq; ī secreto·alius in publico·Et q̄uis in nullo loco homo disciplinā deserere debeat·Diligenti? tamē & magis solicite ibi ꝓseruanda est·vbi vel neglecta pluribus generat scandalū·vl' custodita bone imitatōnis exemplū·In nocte secum debent esse homines·& aut fessa mēbra somno reficere·aut oratōnibus vel meditatōib? sanctis in silentō animū exercere·In die vero de secreto suo in vnū coeūt·& ad rursum videndos se & imitādos ostendunt Ante cibū sumptū magis hilares nos esse ꝓuenit ne ipa nostra abstinentia grauis & molesta vīdatur·Post vero magis modestos & tacitos·ne pergule vicium crapula nos inflamasse puteī·Quantum vero decoris addit dieb? festis quies vacationis tantum ornamenti ꝓfert diebus ceteris studiū boni opis·Itaq; carnales quidez mentes ne vel in istis in bono ope se exerceant pigricia ligat·

LII. Qualiter homo se habere debeat ad ꝓximos·

DIscretō psonarū quantū quidē ptinz ad dilectōem scōm meritū·quantū vero ad veneratōem secundū etatem & officium habenda est meliores diligere·supiores honorare debemus·quia par est superbia siue in eo qui ꝓpē inferiorē gradum in homine virtutē despicit·siue in eo qui ꝓpter inferiorē vitā gradum supiorē contemnit·Istis ergo honor·illis amor impendat sic tamen vt honor istorū sit voluntari? · & illorum amor veneran?·reuerentia eī sine amore magis seruilis est·& amor sine reuerētia puerilis iudicari debet·Sex deniq; modis discretōem psonarum habendam ex his colligimus·tribus scōm dignitatem·& tribus scōm quersatōez·Secundū dignitatem supiorib⁹ obedientiā timorem obsequiū & veneratōem debemus exhibere·cum equalib? pacem·& concordiā custodire·inuicem obsequio beneficio & honore ꝓuenire·In omni actōne & verbo supiorem locum eis tribuere·& siquādo fortassis in aliquo negocio cos pīre cogamur·cū omni humilitate & reuerētia que facienda sunt non pcipere sed demonstrare·Et si eos pcedere cōtigerit·cum alacritate & deuotōe quasi ex necessitate subiecti obedire·Inferiorib? semp beneficiū & auxiliū impendere·nunq̄ imꝓperare·sine superbia corripe sine supbia gubernare·sine crudelitate castigare·cū pietate fouere·veneratō em ñ exigere·societatē atq; qualitatē amare·maiorib? p timorem subdi·equalibus p caritatem obsequi·minorib⁹ p humilitatem coequari·pcipientib? pati·obedientibus modesti·maledicentib? taciti·laudantib? verecūdi·Item secundū quersatōem supiorib⁹ quidem in omni loco & in omni ope & sermone exhibere studeamus reuerentiā·& quidq̄d egerint aut vbicunq; fuerint virtutis exēplū imitemur quodāmodo taciti·tamē ꝓsortiū coopandi nunq̄ ꝓsumam? expetere·Negligentes vero & maxime eos quoꝝ opa vel studia reꝑhensione digna apparēt tali nos cautela declinare oportet·vt & fugiam? quod faciunt·& tamen non iudicare ꝓsumam? quod sūt Cogitemus in eiusmodi nobis neq; dari exemplū neq; pmitti iudiciu m·quia fortasis hoc ī eis ignorantia siue infirmitas excusat·quod si a nobis fierz excusatōem non haberet·Cū mediis & equalib? tanta nobis pacis & concordie seruande diligētia sit·vt in nullo vnq̄ negocio quantū in nobis ē fraterna dilectō pturbet·Studeam? iuriā eis nunq̄ aut molestiam inferre·Illatā vero ꝓpter amorē fraterne caritatis equo animo sustinere·nichil contētiose aut arroganter contra eos agere·sz pati semper in omni ope et ptinaciter insistentib? cedere·et laborātibus libenter subuenire·Et quia inē pares nōnunq̄ puersa quedā virtutis emulatio esse solet opam nostraz neq; ingeram? nolentib?·neq; petētibus subtrabam?·quia in vtroq; liuoris suspicō esse potest·Siquādo autē in aliquo forte negocō laborantib? opem ferre cupimus·tanta hoc humilitate et mansuetudīe faciendū est vt hisdem ipis manifestum sit q̄ non excellentiā opis sz ꝓsortium queramus laboris· LIII Qualiter habere se debeat in seipo·

QEterum quātum ptinz ad nos sūmopere nitendum est·nequādo vel in labore mi? patientes·vel in obediētia pceptorū minus alacres·vel in caritatis operib? exequēdis minus inueniamur feruentes·Spūalis doctrīe studium non litigantes sed auscultātes requirit sicut p moysen dicitur·Audi israhel et tace·Et sicut iacobus admonet dicens·Sit omnis homo velox ad audiendum·tardus aūt ad loquendū ⁊c·quia qui linguam suā a multiloquio ꝓescere non vult·non poterit animū suum diu a furore iracundie custodire·Sed dum p̄ aliis supbe sapiētes videri volumus·erubescim? vel nostrā ignorantiā ab aliis arguī·vel aliorum sapiētiam quasi ad nostrā depssionem apꝑbari·sic nōnunq̄ contra nostrā ꝓscientiaz vel nostrū errorē impudenter defendim?·vl' alterius veritatem maliciose impugnam?·Hec est sapientia huius mundi quā idem apostol? carnalez vocat et diabolicam·que versuta est et maligna·illas solummō astucie vias exquirēs quib? possit suum errorem tegere·et alienam veritatem q̄uis manifestam in opinione stultorū et insipientiū hominum depꝛauare·Sed non talis sapiētia que desursum venit que nescit etiam semetipsam contra veritatem diligere·semp para vel bonū q̄d habet non habentibus humiliter impendere·vel bonuz

al habere tit? libenter petere · vel malū qȝ ſuā cum alijs & coram alijs veraciter accuſare · & ipſa doctrina veritatis tales auditores amat nec erubescunt magiſtros habere omnes a quib? diſcere poſſint quod ignorant · qui bene dicta omniū libēter appbant · errores vero alienos irrumpe ſtudēt vel modeſte corripe vel prudēter diſſimlare · Qui deniqȝ ſtudium ſcientie morum diſciplina exornat ſicut cera niſi prius emollita fuerit · formā non recipit · ſic & homo quidem p manum actōnis alienē ad formam virtutis non flectit̄ · niſi prius p humilitatem ab omni elatōnis & pradictōnis rigore molliat̄ · Neqȝ em̄ p exemplū alterius aliquādo in melius reformari poterit · q ui adhuc p elatōnis vicium & bona aliena oppugnat & ſua mala defēdit · In lectōe diuina prius debetis querere quod mores veſtros ad virtutem inſtruat · q̄ qȝ ſenſum acuat ad ſubtilitatē · magiſqȝ velle infōrmari p̄ceptis ſcripturarū q̄ queſtionib? impediri · Cū igit̄ diuinas ſcripturas legitis · ſolerter ppendite quid ibi dictum ſit ad excitandū in vobis amorē dei · qȝ ad ptemptū ſeculi · quid ad cauēdas inſidias inimici · quid diſciplinā in ope · quid humilitatē i cognitōne · quid obedientiā in p̄ceptis · quid patientiaȝ habere in aduerſis doceat · Et hanc p̄am ſapientiaȝ quā p virtute libenter deſpicitis · melius poſtmodum p virtutem inuenitis · Sepe opus qȝ bona intentōne inchoari credit̄ · tanto citius homim̄ i deceptōnis laqueum p̄cipitat quanto de intentōnis ſue principio ſecurus finem actōnis nō obſeruat & imprudens quaſi via plana ad foueā curſit · q̄a videt quid faciat · ſed quid factum ſuū ſequi ōbeat non attēdit · Propter quod circūſpectō hominī vbiqȝ neceſſaria eſt · qua ſolicite attēdat quid agat quid agere debeat · ſi id qȝ faciendum eſt faciat · ſi quantū & qualiter faciendū eſt faciat · ſi bono opi malum aliqȝ non admiſceat · ſi alterius bonum vt ſuum diligat · ſi ſuum vt alterius malum reph̄endat quantū ad bona agenda ſolito ſit alacrior quantū ad mala vincenda ſolito cōſtantior ſi i aliquo opere ſuo inſidijs inimici ſupplantat? ſit · qualiter demuȝ p iudiciū tranſacte deceptōnis futuram illi? fraudem caueri poſſit. ·LIIII· De diſciplina membrorū in generali.

Diſciplina eſt membrorū omniū motus ordinatus · & diſpoſitō decens in omni habitu & actōne · Diſciplina eſt cōpes cupiditatis · malorū deſideriorū carcer · frenū laſciuie elatōnis iugum · vinculū iracundie · que domat intemperantiā · leuitatem ligat · & omnes inordinatos motus mentis atqȝ illicitos appetitus ſuffocat · ſic em̄ de incōſtantia mentis naſcit̄ inordinata motō corpis · Ita quoqȝ dum corpus p diſciplinā ſtringitur · animus ad ſtantiā ſolidat̄ · & paulatim intrī ſecus mens ad quietem ponit̄ cū p diſcipline cuſtodiam mali motus eius foras fluere non ſinunt̄ Integritas ergo virtutis eſt quando p internam mentis cuſtodiā ordinate regunt̄ membra corpis ſed qui ſtatum mētis p̄dit · foras i incōſtantiā motōnis defluit · Vnde p ſalomonē dicit̄ · Homo apoſtata ꝛc̄ · Liganda ergo ſunt foris p diſciplinā membra corpis · vt intrīſecus ſolidet̄ ſtatus mentis · q̄ tenus dum vndiqȝ exterior cuſtodia interiori mobilitati coercende opponit̄ · tandem mens ad pacē ſtabilem in ſemetip̄a colligat̄ · Omniū nāqȝ vitiorū motus diſciplina coercet · & quantum mala deſideria foris coercendo opprimit · tantum p eā bonū ꝺe ſiderium interius qualeſcit · Paulatīqȝ eadē virtutis forma p conſuetudinē menti imprimit̄ · que foris per diſciplinam in habitu corpis cōſeruat̄. LV.

De diſciplina ſeruanda in habitu.

Quattuor ſunt p̄cipue in quib? obſeruāda eſt diſciplina · In habitu in geſtu · in locutōne i menſa · i · in comeſtione · In habitu quinqȝ modis · in genere & q̄litate · in colore & formatōne & coaptatōe veſtimentorū · In genere · ſ · ne ſint nimis p̄ciosa · In qualitate ne nimis ſint ſubtilia vl' mollia · In colore ne nimis nitida · ſiue quolibet alio modo ſupraq̄ diſciplina & propoſitum religioſe conuerſatōnis expetit fucata · In formatōe vt ſint · decēter & religioſe opoſita · i · ne nimis magna aut dependentia aut fluxa · ne nimis ſtricta ſiue quolibet alio modo ſcōm ſeculi vanitatēȝ decorata · Coaptatō ad modum portandi ptinet · Nam ſunt quidaȝ ſtulti qui ſtultis placere cupiētes quodam artificio veſtimenta ſua circa collum ponūt · Alij vero maiori ſcurrilitate ridiculoſe trāſuertūt Alij autem vt pompā de ſe faciant explicāt ea · & quautū poſſunt latius diſtendūt · Alij tenere corrugata in vnum colligunt · alij torqūtes & cōplectentes inuoluūt · alij toto conamīe ſtringētes & findentes ea omnia corpis ſui liniamenta in verecundiſſima quadā turpitudīe aſpiciētib? numerāda exponunt · Alij iactando & ventilādo pannos ſuos leuitatem mentis ſue ex ip̄a habit?ſ ui mobilitate oſtendunt · Alij mendētes ſinuoſe ſurmate tēram verrunt · & limbis dependētib? ymmo retro ſequentibus caudis in ſimilitudinē vulpiū veſtigia obducūt · qui vt oſtendāt ſe de numero illorū eſſe de quib? dicit pſalmiſta . Non ſic impij nō ſic ꝛc̄ · quocūqȝ prexerint quaſi turbo tempeſtatis pulueren concitant · & ip̄i filij tenebrarū illud lumen foris oculis hominū ſubtrabūt quod intus cecata mente p̄diderunt · Tedet me omnia vanitatis cōcilia numerare · in quib? ſtulti & vecordes mulieribus ymmo meretricib? ſtudia ſua auferūt · & tanto dedecore · quanta ſuperſtitione cum habitu pene ſexum mutauerūt · ſed gratia dei omnes qui modo in religione conſtituti talibus ſtudent & per hoc hominibus placere cupiunt · omnibus hominib? magis viles et cōtemptibiles fiunt · et ecōuerſo q̄ hec p̄ter deum deſpiciūt · non ſolum corā deo ſȝ etiā corā hominib? honorabiliores et cariores exiſtūt

LVI Inuectio contra illos qui de ueſte gloriantur

Eant ergo nunc miſeri et ſtulti honeſtatiſ ignari · eant et comant pannos ſuos qui non intelligūt q̄ iuſte in viris religioſaȝ vitam p̄feſſis · cultus p̄ciosarū veſtium reph̄endit̄ qui p apoſtolum petrū in feminis p̄hibet̄ · Non inquit in ueſte p̄ciosa · videant quia ille diues qui in euangelio purpura et biſſo induit̄ · poſtea i tormētis inferni eternaliter cruciādus ſepelit̄ · Quid aūt in purpura niſi color et p̄cium · et quid in biſſo niſi mollities reph̄endit̄ · Cum ego carni ſue et i purpura decorem · et in biſſo molliciem adhibuiſſe dicitur p̄culdubio ſimul ſuperbus et luxurioſus fuiſſe op̄batur · Si igit̄ ille quia p̄prijs abuſus et tantam damnatōem meruit · quid putamus iſti faciūt qui p̄priam non habentes · alienam elemoſinam cultui ſue elatōnis impendere non ptimeſcunt · Ve eis · peccata populi cōmedunt · Ve corone ſuperbie et flori de · Ve quia omnis caro fenum ꝛc̄ · Quid igit̄ ſuperbis puluis et cinis · fumus euaneſcēs et vapor

ad modicum parens·Quid est homo·putredo·et
fili? hoīs vermis·v̇mis ipe & v̇mis hereditas ei?
Cū em̄ morieť hō hereditabit·ſ·b·& v̇·Quantū-
cunq; excolať et ornet·quid est aliud caro q̄ caro
Quid igit̄ ꝓdest in habitu qui sozis ad temp? ad
heret gloziam quezere·et cozruptōnis putredinē
que in nobis est & semp ꝑmanz nō ꝓhiberare· Pro
pterea debent amatozes religionis ope demōstra
re quantū ipi terzena despiciāt·nec carnem q̄ mo-
ritura est cultu supstitōso excolere·sed pompe in-
dumentozū mozum ornamēta anteferze·Vestimē
ta plus vilia q̄ pciosa·plus grossa q̄ subtilia·plus
aspa q̄ mollia·plus fusca q̄ nitida plus neglecte
q̄ accurate cōposita vel apta amare· LVII

¶De disciplina in gestu·

GEstus est modus & figuratō membrozū
corpis ad omnē habendi & agēdi modū
Hic sex modis repbensibilis mueniť scz
si est aut mollis·aut dissolut?·aut tardus·aut ci-
tatus·aut ꝓcax·aut turbid?·Mollis significat lasci
uiam·dissolutus negligentiā·tardus pigriciā·cita
tus incōstantiā·ꝓcax furbiam·turbid? iracundiā
Homo ait apostata ꝛc̄·Et dixit domin?·Pro eo q̄
eleuate sunt filie sion ꝛc̄·Nemo igit̄ deinceps pu-
tet parū delinquere eos qui ꝑa disciplinā ad tur
pes motus & inozdinatas gesticulatōnes membra
sua inflectunt·quia nunq̄ scripťa tā seuere istos
exteriozes motus corpis in nobis repbenderet·ni
si omnis exterioris hominis inhonesta figuratō &
motio·indecens ab interiozi mentis corruptōe ma
naret·Propterea multū ei? disciplina valeret ad
coercendos prauos motus animi·Primū ergo dili
genter obseruandū est·vt singula membra suum te-
neant officium·neq; vsurpent alienū·vt·ſ·id agat
vnūquodq; membrū ad qđ factum est·vt neq; lo
quať manus·neq; os audiat·neq; oculus ligue of
ficium assumat·Sunt em̄ quidam qui nisi patenti
bus buccis auscultare nesciunt·& quasi ꝑ os sen-
sus ad cor influere debeat·palatū ad verbū loquē
tis aperiunt·Alij quodq; adhuc peius est in agen
do vel audiendo quasi canes sitientes linguā ꝓten
dunt·& ad singulas actōnes uelut molā labia tor
quēdo circūducunt·Alij loquētes digitum exten-
dunt·supcilia erigunt·& oculos in orbem rotātes
aut ꝓfunda quadā cōsideratōne defigentes cuius
dam intrinsecus magnificentie conatus ostendūt·
Alij caput iactāt comā excutiūt·vestimenta ada-
ptando cōponunt·& latera cubitando pedesq; ex
tendendo ridiculam satis ostentatōnis formā fin
gunt·Alij quasi ambe aures ad audiendū facte n̄
sint·alterā tantum collo detorto voci venienti op-
ponunt·Alij tipum nescio quem figurātes oculū
inter videndū alium claudūt·aliū apiunt·alij ma
iori ridiculo cū medietate oris loquunť·Sunt pre
terea mille larue·mille subsanationes & corruga
tōes narium·mille valgia & cōtorsiones labiorūz
que pulcritudinē faciei & decorē disciplīe defor
mant·Est em̄ facies speculū discipliē cui tāto ma
ior custodia adhibenda est·quāto minus siquid ī
ea peccatum fuerit celari potest·Tempanda ē igi
tur facies & modificanda ī gestu suo ita vt nec p
terue exaspetur·nec molliter dissoluať·sed semp̄
habeat & rigidā dulcedinē & dulcē rigorem·Alij
nauigant brachijs incedentes & duplici quodam
monstro vno eodēq; tpe pedib? deorsum in terra
ambulāt & lacertis sursum in aere volāt· Quod ē
queso monstrū hoc·qđ simul in se fingit & homīs
incessum'& nauis remigiū & auis volatū· Libet ī
hoc poetice illius subsannatōnis elogiū ꝓclamare
Humano capiti ceruicem pictor equinam·Iunge
re si velit & varias inducere plumas·

LVIII. ¶Adhuc de eodem

IDcirco oportet vt ad hāc pturbatōem
sedandā custodia disciplīe opponať·que
vnūquodq; mēbrū ad suuz officiū restrī
gat·quatenus dum alterū membrū opať·alteq; au
tem omnino quietū maneat·aut si forte ei? opera
illi necessaria esse cognosciť suo motu ad coopādū
illi decenter & ordinate moueať·ita vt nichil ofu
se nichil ꝓposterū in mēbris corpis agať· Est enim
quasi quedam respublica corpus humanū·in quo
singulis mēbris sua officia distributa sunt· Dū er
go vnum mēbrū alterius mēbri officiū inordinate
sibi vendicat·quid aliud q̄ discordiā vniuersitatis
pturbat·Dumq; aliud suo motu alterius motum
impedit·certe illi quā natura moderať dispositōi
cōtradicit·Prima ergo est custodia disciplīe ī ge
stu vt vnūquodq; mēbrum in eo ad qđ creatū est
officio se ꝓtineat·neq; alterius mīsteriū sua admi
xtione cōfundat·Secūda est custodia disciplīne in
gestu·vt vnūquodq; mēbrū id qđ facit eo modo
atq; mensura faciat quo faciendum est·ī·nec plus
nec minus nec aliter q̄ oportet faciat·quaten? in
actu suo sic & dirigať et moueať·vt in nulla vnq̄
ꝑte tpantie limitem aut formā honestatis excedat
hoc est vt in paucis exemplificem?·videre sine ap
tōne dentium·videre sine defixione oculoꝝ·loqui
sine extensione manū & intentatōne·sine ꝓtentōe
labioꝝ·sine extensione & iactatōe capitis·sine ele
uatōne supciliorū·Incedere sine modulatōne gres
suum·sine ventilatōne brachioꝝ·sine gesticulatōe
scapularum·Sedere sine diuaricatōe crurū·sine al
terutrū subiectōne pedum·sine extensione vel agi
tatōne tibiarum·sine alterna accubitatōne laterū·
iacere sine dissectōe mēbroꝝ·Et vt tādem de hac
ꝑte finem loquendi faciam?·gestus homīs ī omni
actu esse debet gratiosus sine mollicie·quiet? sine
dissolutōne·grauis sine tarditate·alacer sine inqe
tudine·maturus sine ꝓteruia & seuerus sine ēbu
lentia·mollem gestum tempat turbid?·& turbi-
dum mollis·dissolutū ꝓcax·ꝓcacem dissolutus·ci
tatus tardum·tardus citatuz·quia inter vicia cō
traria medius limes est virtus· ·LIX

¶De disciplina in sermone·

IN locutōne quinq; res sunt obseruande
hoc est quid dicať·cui·quādo·vbi· quo
modo·Quid vt videlicet·nunq̄ in ſmo
nibus disciplinatis ociosa adhibeanť· Ociosa autē
sunt omnia que sunt aut ī honesta·aut nociua aut
inutilia·Inutilia sunt·que nec loquētib? nec audi
entibus ꝓsunt·In honesta que vel illius qui loqui
tur·vel illius cui loquiť·vel illius de quo loquiť
dignitati non ꝓueniūt·Nociua·que suis suasioni
bus animos auditorū·siue ad errorem siue ad pra
uitatem inducunt·Hec tria duob? discerni possūt
id est·scōm qualitatē rerum de quibus locutō fit
& secundū qualitatem ꝓsonaꝝ ꝑ quas vl ad quas
vel de quibus locutō fit· Qualitas ꝓsonarū quat
tuor modis cōsiderať·scōm etatem· quia aliud cō
uenit locutōnibus iuuenū·aliud senum·Secūduz
scientiam quia aliud locutōib? sapientiuz·aliō sim
plicium·Secūdum officium·quia aliud locutōib?
iporum qui negocia exteriora tractant·aliud eoꝝ
qui secretioris vite quieti & studio cōtemplatōis

imuigilant · Scom ordinē quia aliud ouenit locutō
nibus eor qui sunt ꝑlati · aliud qui sunt subditi ·
Senes loqui debent de discretione bene consulen
di · iuuenes de instantia bñfaciendi · Sapientes de
misterijs scripturarum · simplices de exemplis bo=
norum opum · Hi q̄ exteriora tractant negocia de
solercia acquirendi · Hi qui quietam vitam ducūt
de disciplina viuendi · ꝑlati de puisione subditor
subiecti de obediētia preceptorū · Rursū ō discre=
tiōe loquēdi dictū est · cū viro irreligioso tracta
de sāctitate &c̄ · Sapiētes velle docere superbia ē
et obstinatos corripere insipientia · quia iniurios⁹
est proximo qui meliori non exhibet reuerentiam
& iniurios⁹ sibi qui nō emendat sed ꝓuocat erga
se insipientis vesaniam · Ergo qui cum alio loquit̄
primo consideret vtrum ꝓpter se an propter aliū
loquatur Si propter sui vtilitatem loquit̄ videat
vt ille talis sit de cui⁹ colloquio vtilitas ei proue
nire possit · si ꝓpter illū loquitur caueat ille ne ta=
lis sit ille qui vel sua exhortatōne non indigeat ·
uel ita in malo obstinat⁹ ut exhortatione alteri⁹
corrigi se nō ꝑmittat · Facile ergo cui sit loquēdū
agnoscim⁹ · si id quod dicitur quale sit diligent̄ cō
sideremꝰ · quia id ꝓfecto vnicuiq; magis dici oue
nit · qđ ad illud in quo ipe plus laborat · malum sa=
nandū cōsilio ꝑmodiori occurrit · Verbi gratia · Si
cepimus superbis laudare ostantiam · dū eos ad vir
tutem hortari credim⁹ amplius in suo officō cōfir
mamus · Exhortemur ergo ad ostantiam timidos ·
ad timorem superbos · ad frugalitatem ꝓdigos · ad
liberalitatē auaros · ad humanitatē ꝓcos · ad ꝓcita
tem gulosos · ad cōsilium temerarios · ad feruorez
zeli tepidos · ad silentiū verbosos · ad verbū exhor
tatōnis nimis tacitos · ad alacritatē segnes · ad mā
suetudinē ipatientes · ad iusticiā negligentes · ad i
dulgētiam crudeles · ad verecundiā ꝓcaces · ad ꝙ
tem ꝑcipites · ad prudentiā incautos · ad solicitudi
nem obliuiosos · ad modestiā inuerecūdos · & om=
nino quidquid dicere volumus cui dicendū sit · ex
ipa prius nostri sermonis qualitate colligam⁹ ·

LX ¶ Adhuc de eodem ·

Equit̄ tercia discretō loquendi · vt cum
aliquid dicere volumus · pri⁹ vbi illud di
ci oueniat cōsideremꝰ · Neq; igit̄ in diui=
nis & sacris locis fabulatōnes inducere · neq; in il
lis locis vbi de disciplina est agendū · questiones
aut cōtentiones verborū vētilare · neq; in illis vbi
de intelligentia diuinarū scripturar̄ tractādum ē
exteriora negocia admiscere debem⁹ · nec ea q̄ sūt
pluribus dicenda in occulto edere · nec ea que sūt
paucis reuelanda in manifesto ꝓpalare · Quarta lo
quendi discretō est · quādo quid dicendū sit atten
dere · Tempus est quando nichil dicendū est · quia
tempus tacendi · Et quando aliquid dicendum est
quia tempus loquēdi · Temp⁹ vero quādo omnia
nunc̄ · tempus tacendi Temp⁹ loquēdi debet ꝑce
dere · quia prius p silentiū tpe tacendi discit̄ · quid
postea p verbum tpe loquēdi ꝓferat̄ · Aliquando
tacere debemus ꝓpterea ꝙ alter prior loqui cepit ·
aliquādo ꝓpter multiloquiū vitandū · aliquādo ꝙ
hi qui ꝑsentes habent̄ nequaq̄ tales sunt ad quos
verbum debeam⁹ facere dum vel reuerētia digni=
tatis ꝑsone intendit̄ vl̄ malicia incorrigibilis · atq;
ideo indigna admonitōne existimat̄ · Sapiens aūt
eque cauet · vel ne m eo tpe quando loqui debet p
negligentiam sileat · vel ne in omni tempore qun=
do loqui decet p licentiā ꝓcessam in multiloquium
cadat Qualitas id est · modus loquēdi in trib⁹ cō
stat · Vt loquētis gestus sit modestus & humilis
sonus dimissus & suauis · significatō verax & dul=
cis · Modestiā debet habere gest⁹ loquētis · vt nec
inordinate nec impudice nec turbulente int̄ loquē
dum mēbra moueat · neq; oculor nutib⁹ aut aliq̄
indecenti ofirmatōne sine trāsformatōe vult⁹ pla=
corem sui sermonis imminuat · Sonus dimissus · ne
i strepitu & imoderata clamositate auditores aut
terreat · aut offendat · sed & cum ueritate necesse ē
vt sermo loquētis dulcedinē habeat · quia sepe eti
am veritas auditori amara eff.cit̄ · si aut sine ratōe
aut sine dilectōne contra eum ꝓferat̄ · ·LXI·

De disciplina in cibo ·

In mensa est duplex custodia disciplme ·
in habitu & cibo · Disciplina i habitu tri
b⁹ modis · tacendi · videndi · sese · otinēdi
Taciturnitas inter epulas necessaria est · quoniam
lingua que omni tpe ꝓna ad peccatū labit̄ · picu=
losius cū p crapulam inflamata fuerit · ad loquen=
dum relaxat̄ · Custodia oculorū · quia nō decet ibi
ꝑcipue vt impudēter ea que apud alios agunt̄ cir
cumlustrādo ꝓspiciat · sed vt potius pudice dimis
sis luminibus ea tantū que sibi appōita sunt atten
dat · Custodia quoq; otinendi sese ibi negligēda n̄
est · quatin⁹ videlicz neq; in habitu · neq; in gestu
indecens aliquid aut inhonestū agat̄ · sicut quidā
faciunt · qui cum ad edendū assederint · inquieta q̄
dam agitatōne & ꝑfusione mēbrorꝫ impatiā · ani
mi sui designāt caput excutiūt · brachia erigūt · ma
nus in altum expandunt · & non sine magna turpi
tudine quasi totum epulū sint absorpturi · ingētes
quosdā conatus & gestus indecoros ostendūt · In
vno loco sedentes oculis & manibus que ꝓpe &
que longe omnia circūcurrūt · sil̄ panes ꝑminuunt
vina in calices & pateras effundūt · discos in girū
circūducunt · & velut rex sup obsessam ciuitatem
assultū facturus dubitāt · vbi primū expugnatōez
aggrediant̄ · dum simul in omni pte irruptōem fa
cere cōcupiscunt · His igit̄ tribus modis debet q̄s
q; inter epulas ꝑseruare disciplinā in semetipo · vi
delicet vt & linguam suam a loquacitate restrin=
gat · & oculos suos a circūspectōe cohibeat · & vt
cetera mēbra omnia cum modestia & quiete conti
neat · ·LXII· ¶ Adhuc de eodem ·

Equit̄ etiā triplex obseruātia disciplīe in
cibo · quid · quātum · quomō · Quid sumat
id ē · vt neq; nimis ꝑciosa & delicata ex=
petat · nec nimis rara & insolita req̄rat · nec nimis
accurate & laute ꝑparata ꝓcupiscat · In primo em̄
luxus arguit̄ · in secundo curiositas · in tercō supsti
tio notat̄ · Sunt nāq; quidā quor fauces satis ridi
cula infirmitate egrotant · qui nisi pinguia & deli
cata deglutire nō possunt · sed quādo eis ꝑci ac fru
gales cibi oblati fuerint · statim aut indigestionez
stomachi · aut pectoris siccitatē · aut horripilatōez
capitis · aut siqua sunt talia · aut excusandas excu
satōnes ꝑtendūt · Alij delicias & luxum ciborꝫ ma
gna ostātia aspnant̄ · sed ab eis iterum non minori
aut tolerabiliori petulantia ꝓmuniū ciborum vsus
omnino respuit̄ · Noua quidam & insolita ciborū
genera exquirūt · ita vt sepe ꝓpter vnius ventrem
hominis omnes circū pagos turba famulor discur
rat · & vix tandem vel de ignotis atq; desertis mō
tibus ꝓcul radices euellēdo · vel pauculos ō ymis
gurgitibus ꝓfunda scrutatione pisciculos traben
do · siue intempestiua de arētibus rubetis arbusta

colligendo. vnius appetitus petulantiã cõpescere queat Et michi non satis pandere potest qõ viciũ istos exagitet. nisi forte quia p quãdã animi insolẽtiam multos ob id in suo obsequio occupari gaudent. siue quia p tumorem elatõnis ceteris omib9 quantum cibo dissimiles sunt. tanto merito dissimiles videri volunt Alij superstitõsum nimis in pparandis cibis studiũ adhibẽt infinita decoctõuz & frixurarũ & cõdimentorum genera excogitantes modo mollia. modo dura. modo frigida. modo calida. modo cocta. modo assa. modo pipe. mõ allio. modo cimino. modo sale cõdita scõm psuetudinez pgnantium mulierũ desiderãtes. Hi pfecto nõ solum arguendi sed etiam deridendi sunt. qui quasi caupones ad omnem clepsedrã eliciẽdi gust9 gratia palatum extendũt. Sequitẽ custodia disciplime in eo quantum quis sumere debeat. cuius mẽsura hec michi esse videt. vt neqz contra honestatẽ neqz supra necessitatẽ sit. Non omnis venter idez sapit. sed alius sic. alius vero sic. cui minus sufficit iste priusqz ad turpitudinẽ edacitatis pueniat i superfluitate offendit. cui multum opus est. in eo sepe honestas pmedendi ledit. etiam priusqz ad superfluitatẽ veniat. Ergo ille cui parũ satis est. magis supfluitatẽ caueat. Ille vẽo cui mltũ op9 ẽ magis ad honestatem attẽdat. Postremo est obseruantia in cibo quomõ quis sumere debeat. hoc est qz mũde & qz epate. Quidam miter pmedendũ dum scutellas exornare volunt. quadrata ferculorum frusta adipem siue saginã super roratã distillantia mensalibus imoluũt aut supmisciũt donec iterũ cuisceratis interioribus. ea que remanserãt in pristinũ locũ reponant. Alij bibentes medioten9 digitos poculis imergunt. Alij vnctas manus ad vestimenta sua detergẽtes. rursus ad cibaria tractãda redeũt Alij nudis articulis coclearis vice olera sua piscãtur. ita vt in eodem iure & manus ablutõnem & venter refectõem querere videat. Alij semicoctos crustas & pmorsas colliridas cibarijs iterãdo infigunt. & reliquias dentiũ suorũ offas facturi i poculis dimergunt. Tempantiã manducãdi intelligimus in eo si homo tractim & non cũ nimia festinatõne cõmedat. ·LXIII ¶ De cognitõne dei p creaturas. Idem de tribus diebus.

Tria sunt inuisibilia dei. potentia sapientia. benignitas. Potentiã manifestat creaturarũ immensitas. sapientiã decor. benignitatem vtilitas. Immẽsitas creaturarum cõstat in multitudine & magnitudie. Multitudo in similib9 in diuersis in pmixtis. Magnitudo ẽ in mole et spacio. Moles est in massa & pondere. Spaciũ est ilato & longo pfundo & alto. Decor creaturarum est in situ & motu. in specie & qualitate. Situs est in compositõne & ordine. Ordo est in pprietate et tẽpore & loco. Motus est quadriptit9. localis. naturalis. animalis. ratõnalis. Localis est ante & retro. dextrorsum & sinistrorsum sursum & deorsum & circum. Naturalis est in incremẽto & detrimẽto. Animalis est in sensibus & appetitib9. Ratõnalis ẽ in factis & cõsilijs. Species est forma visibilis que oculo discernit. sicut colores & figure corporum. Qualitas est pprietas interior. que ceteris sensib9 capitur. vt melos auditu. dulcor gustu. fragntia olfactu. lenitas tactu. Vtilitas creaturarũ pstat in grato & apto. pmodo & necessario. Gratum est quod placet. aptum qõ puenit. pmodũ qõ pdest. necessarium est sine quo quid esse non potest. Mundus iste sensibilis quasi quidã liber est scriptus digito dei. hoc est virtute diuina creatus. & singule creature quasi figure. LXIIII. ¶ De cõpositõne creaturarũ.

Compositõ duo habere debet. aptitudinẽ & firmitatẽ. hoc est vt pponẽda apte & ppetenter coeant. & cõposita firmitẽ cohereant. si vniuersitatis huius machinã intueris. inuenies qz mirabili ratõne & sapientia ppositõ oim rerũ pfecta sit. & qz apta qz cõgrua. qz decora. qz cunctis ptibus suis absoluta in qua non solum cõcordiam seruant similia. sed ea etiam que creãte potentia diuersa atqz repugnantia ad esse pdierunt dictãte sapientia in vnã quodãmodo amiciciaz & federatõem ueniũt. Quid repugnanti9 esse potest aqua & igne que tamen in natura rerũ ita dei cõtpauit. prudentia. vt non solũ adinuicẽ cõmune societatis vinculũ non dissipent. verum et nascẽtibus cunctis vt subsistẽ possint vitale nutrimentum submĩstrent. Quid de humani corpis cõpage loquar. cui omniũ membrorũ iuncture tantã adinuicem seruãt concordiã. vt nullum omnimo inuenire possit mẽbruz cuius officiũ alteri nõ videat pestare ãmiculũ. Sic omnis natura se diligit. et miro quodã mõ plurium dissimiliũ et in vnum redactorum cõcordia. vnã in omnibus armoniã facit. Apta est ergo et pueniẽs omniũ rerũ ppositõ. sed quomodo ell firma quis non videat. Quis nõ miretur. Ecce celi qui ambitu suo pcludũt oĩa. quo modo solidi sunt et quasi ex ere fusiles dsup circũ quaqz expansi. Terra vero in medio põdere suo libzata semp imobilis pseuerat. vt cetera i medio fluctuantia. hinc soliditas celorum. illinc ẽre stabilitas in vnum coerceant et constringant. ne cẽ legittimos terminos diffusa pcordiam diuẽsitatis disrumpant. Ecce quomodo p viscera telluris intrinsecus dracones aquarum spũ et foris p alueos suos ad diuersa loca deducti. intus fatiscentẽ ne dissoluat cõglutinãt. et foris ne fatiscat arentez rigant. Ecce quomodo in humani corpis fabrica iũcturas ossium vincula neruorum ligant. et medullis intus p fistulas tibiarum diffusis cãalia etiam venarum vitalem sanguinem p omne corpus deducunt ac deĩde teneritudinẽ carniũ cutis tegmẽ iuoluit vt et rigor ossium intrinsecus corp9 sustineat. & pellis munimẽ foris defendẽdo custodiat.

·LXV ¶ De dispositõne vl ordĩe earum.

Post ppositõem sequitẽ vt dispositõem rerum qualis sit cõsideremus. In celo lumaria et stellas collocauit vt subiecta omia illustrarent. In aere ventis et nubib9 fecit viã vt agitatõnibus suis dispse pluuiam deorsum funderent. In gremio telluris moles aquarum recipi iussit vt p gurgites suos hinc illincqz quo nutus ferret iubentis discurrerẽt. Quasdam regiones ditauit vbertate frugũ. quasdã vinearũ. alias olerũ. alias pecorum. alias potentib9 herbis. alias gemmis pciosis. alias aĩmalib9 et bestijs monstruosis. alias coloribus varijs. alias diuersarũ artium studijs. alias metallorum. alias timiamatũ generib9 diuersis vt nulla prsus regio sit que non aliquid nouũ & speciale ab alijs accipe queat. Quidqd criã ea que humanis vsibus necessaria sunt in omuni hominũ frequentia puidentia creatoris cõstituit Ea vero que non natura ppter necessitatem sed cupiditas expetit ppter speciem. in abditis terrarum finib9 abscondit. vt quem amor virtutis ab imoderato nõ

tastigat appetitu · saltē laboris tedio victꝰ ꝓfescat
Quid de dispositōe tpm · Ecce post noctem veit
dies · vt torpentes motio laboris exerceat · pꝰ diē
sequiē nox · vt fessos ad refocillandū quies excipi
at · Iterū quēadmodū vicissitudines dierum & no
ctiū animātia renouāt · ita quattuor anni tēpa ordi
ne sibi succedētia totius mundi speciē imutant
Primū p tepozē veris quadā innouatōne mundus
nasciē · Deinde p feruozem estatis quasi in iuuētu
te roborat · Post hoc supueniēte autumno ad ma
turitatē cōscendit · Postremo succedēte hieme ad
defectum vergit · Idcirco aūt semp deficit · vt sem
per post defectū renouari possit · quia nisi prius a
statu suo deficerēt vetera · quasi illis locū occupā
tibus non valerent exurgere noua · Omnes sensus
defozis intus veniunt · solus visus deintꝰ foras ex
it · & eminus positas mira p ceteris agilitate pci
pit · Bene ergo quasi speculator quidā eminētiozē
locum cunctis obtinuit · vt que ceteris sensibꝰ su
puentura sunt ante piculū ꝓuidere possit · Pꝰ hūc
auditus & loco & mobilitate secundꝰ est · deinde
olfactus · Gustus aūt qui nil sentire potest nisi id
qō tangit merito velut tardior ceteris sensibus in
ymo resedit · Tactus specialē sedem non habet · q
ideo vniuersalis est · quia cunctis coopatur sēsibꝰ
Vnde & in digitis pollex quia tactum significat ·
coadunatis in unum digitis solus omnibꝰ respon
det · quia sine tactu nullus sensuū esse potest · Vi
dete etiam quomō in humano corpe ossa intrisecꝰ
collocata sunt · quatenus robor corpus eoꝝ sustie
at · Deinde caro ossa vestit · vt duricia coꝝ molli
ta tactum excipiat · Ad vltimū pellis carnē inuit
vt sua quodāmō tenacitate ab icōmodis foris ac
cidētibus corpus muniat · Sic cortex munit arbo
res · sic rostra & pēne volucres sic squame pisces
Vide quomō in motu locali sapientia conditoris ap
pareat · Cogita nunc vnde defluentibꝰ aquis sem
per indeficiēs vena mīstratur · vnde motꝰ vento
rum educiē · Quis infatigabilē astrozū cursuꝝ mo
deraē · Quis solem p hiberna descēdere signa pci
pit & similia. ·LXVI· De specie & ālitate earum.

Species est forma visibilis que continet duo · figuras & calores · figure aūt reruꝝ multis modis apparēt mirabiles · Aliquā do ex magnitudīe · aliquādo ex pulcritate · aliquando quia rare · aliquādo quia pulcre · Secundū magnitudinē figura attendiē · quādo res quelibet sui generis modū in quātitate excedit · Sic miramur gigantem inter homines · cetū inter pisces · grifem inter volucres · elephantē inter q̄drupedes · draconē inter serpentes · Vide quid magis mireris dentes apri vel tinee · alas grifis vel cinifis caput equi vel locuste · crura elephantis vl' culicis · aquilam vl' formicam · leonē vel pulicē · tigridem vel testudinem Ibi miraris magnitudinē · hic pulcritudē · corpꝰ pulū magna sapiētia conditū · Magna sapiētia cui nulla surrepit negligentia · Illis dedit oculos quos vix ꝓhendere potest oculus & in tam exiguis corporibus sic omifariā liniamenta nature sue congrua pleniſſime distribuit · vt nichil videas deesse in minimis eorum oīm que natura formauit · in magnis Rurꝰ alia idcirco miramur · qz mōstruosa quodā modo sunt vel ridiculosa · quorū quidē plasmatio quantū ad humana ratōne aliena est · tanto leuius humanū animū in admiratōem cōpellere potest · Quare crocodilus manducās inferiorē molā non mouet · & quomō salamādra in igne illesa ꝑmanet
Quis dedit hericio spinas & docuit eum vt se pomis turbine discussis inuoluat · quibꝰ onustꝰ incedens stridet quasi plaustrū · Formica hiemis supē uēture pscia granis horrea sua replet · aranea quoqz de visceribꝰ suis laqueos nectit vt p̄dā capiat · isti sunt testes sapientie dei · Est autē adhuc aliud verū & euidēs diuine sapiētie argumentū · q̄ oīne genus simile sibi ꝑcreat · & in tam multis similitudo vna ꝓpagata prime originis formā non imutat Hoc quoqz mirabile est q̄ in vno corpe tot ostruunt membra tot mēbroꝝ forme · tot loca · tot officia · & cum sint ita diuersa in se singula mutuum tñ coopanē oīa · Post figurā sequiē color · Quid luce pulcrius · Que cum colorē in se non habeat · omnīū tamen colores rerū ipa quodāmō illuminando colorat · Sol sicut auꝝ rutilat · luna pallet quasi electrū · stellarū quedā sicut flameo aspectu radiant · quedaz luce niuea micāt · quedā vero alternati nūc viridem · nunc roseū · nunc candidū · fulgorē demō strāt · Quid de gemmis narrem? · Ecce tellus redimita floribꝰ q̄ iocundū spectaculū p̄bet · quomō visum delectat · quomō affectū ꝓuocat · Videm? rubentes rosas candida lilia · purpureas violas · in quibꝰ omnibꝰ non solū pulcritudo sed odor quoqz mirabilis est · quomō · s. dei sapientia de terre pluere talem ꝓducit speciem · Post speciem de qualitate rerum disserere debemus · Tam diuersas deus qualitates rebus indidit · vt ibi omnis hominis sensus sua oblectamenta inueniat Quot enim oblectamenta oculorū in diuersitate colorum monstrauim? · tot oblectamenta auriū in varietate sonorum inuenim? · inter que prima sunt dulcia sermonum ꝑmercia quibꝰ homīes admuicē suas voluntates ꝑmunicāt · p̄terita narrāt · p̄sentia indicāt · futura nunciāt · occulta reuelant · adeo vt si his careat · vita humana bestijs cōpabilis videaē · Quid autem ꝑcentus auium · quid humane vocis melos iocundū · Quid dulces modos sonoꝝ omniū ꝑmemorem · Sic est de olfactu ac ceteris sensibꝰ ·

LXVII. De sapiētia dei in rez creatōne

SAtis vt reor apte iam demonſtratũ eſt · vnde hec infinita quã patimur cogitatõnum noſtrarũ diſtractõ oriaẽ · a mundo videlicet et a ꝺcupiſcentia eius · hoc eſt ab opibus ꝺditõnis · Rurſumq; quid ſit illud p quod colligi poſſunt in vnum cogitatõnes noſtre hoc eſt p opa reſtauratõis · Et quia ordo non eſſe poteſt vbi finis non eſt · ſupeſt vt relictis opibus conditionis queramus ordinẽ cogitationũ noſtrarũ ibi · vbi finite ſunt · hoc eſt in opibus reſtauratõnis · hoc eñ ſupius inueſtigare p̃poſuimus · Quiſnam videlicz cogitationũ noſtrarũ ordo eſſe deberet · quatenuſ ex eis ſpiritualis dom? ſapientie in nobis edificari poſſit · Et quia ex rebus cogitatões veniũt · oportet vt ex ordine rerum ſumaẽ ordo cogitatõnum Deinceps ergo tractare incipiemus de opibus reſtauratõnis relictis opibus ꝺditõnis · de quibuſ q̃ſi de quodam ſubterfluente diluuio egreſſi ſumus & nunc in opera reſtauratõis quaſi in arcam īgredimur · Igitur opera reſtauratõis ſunt omnia que ab initiõ mundi vſq; ad finem ſeculi facta ſunt vl' facienda p reſtauratõne hominũ · in quibus et res geſtas et perſonas ipas per quas et p̃pter quas et apud quas geſta ſunt loca ſiml' et tpa · vbi et quãꝺo geſta ſunt cõſiderare oportet · In opib? reſtauratõnis tribus modis ordo ꝺſideraẽ ſecundũ locũ ſcm̃ tempus · ſcm̃ dignitatẽ · Scm̃ locũ vt quid p̃p̃e · quid lõge geſtum ſit · Scm̃ dignitatem quid humilius · quid excellẽtius geſtum ſit · Scm̃ tẽp?

quid prius quid posterius gestum sit · Historia longitudinē arce metiē · quia in serie rerū gestarum ordo tpis inueniē · Allegoria latitudinē · quia in participatōe sacramentorū cōstat collectō populorū fidelium · Tropologia altitudinē arce metiē · quia in pfectu virtutū crescit dignitas meritorū · Moraliter prima mānsio est fides · scōa spes · tercia caritas · Vel scōm anagogē prima mansio est cogitatō recta · scōa meditatō puida · tercia contemplatō clara · Vel scōm opatōem prima mansio est scientia · scōa disciplina · tercia bonitas · Vel scōm statū differentes · prima mānsio est natura · secunda · lex scripta · tercia vero gratia. LXXXVI. ¶ De temporibus & quibusdā arce expositōnibus.

Item in libro quinto ·

Hadam vsq; ad diluuiū prima etas seculi tinens annos mille · cc · lvj · Scōa etas ad diluuio vsq; ad abraam tinens ānos cc · xcij · Tercia ab abrhaam vsq; ad dauid habens annos · nongētos · xlij · Quarta a dauid vsq; ad trā fmigratōez tinēs ānos quadringētos · lxxiij · Quīta a trāsmigratōne vsq; ad aduentū xpi habēs annos quīgentos · lxxxviij · Sexta etas nunc agiē nulla annorū serie certa · sed vt etas decrepita ipa mortе totius seculi psumenda · Sunt & alie adhuc differentie quibus altitudo arce distinguaē · Prima mānsio cōiugati · secunda tinentes · tercia vgines · Vel ita prima mansio repentia · secunda ambulantia · tercia volantia · Item p singulos āgulos ascendentibus a frigore oriētis · i · a supbia · Prima mansio est timor · secunda est dolor · tercia amor · ascendentibus a calore occidētis i · a concupiscētia carnis Prima mansio est patientia · secunda misericordia tercia compunctō · Ascendētib? a frigore occidētis i · ab ignorātia · Prima mānsio est cognitō · scōa meditatō · tercia contēplatō · Ascendentib? a calore oriētis · i · a spiritus feruore · Prima mānsio est trantia · scōa prudētia · tercia fortitudo · LXXXVII. ¶ De virtute caritatis qm̄ fortis sit & cara · Idē in tractatu de laudibus caritatis.

Ovis sanctorū a principio mundi extitit qui non caritatē nobis aut verbo aut facto commendauerit · Caritas abel martirem fecit abrahaā de terra sua eduxit · quia & ille p caritatem innocenter mortē tulit · & iste natale solū libenter deseruit · vterq; p caritatem terra celū cōmutauit · Considerem? quot iā martires p tormēta ad regnum celorū transierint · qualem ergo in eis vim amoris arsisse credimus quos xp̄i deū nec sibi pepcisse vidēmus · Cōueniam? nunc cor nostrum & videamus si acquiescat nobis · omnia que mundi sunt relinq̄re · nō arridere psperis · non cōdelectari blandis · non congratulari letis · Domie impfectum meum vi · o · t · qm̄ longe ab hac non dicā pfectōne sed pfectōnis inchoatōne me video · Et cē te hoc parum erat amicis dei · vt p amore eternorum ista spnēnt · ista calcarēt sed abiectis his omnibus alacriter ad votum curr̄ētes · nec mimis terreri poterāt nec tormentis · Trahebat eos caritas Et ideo nec trahebat cupiditas nec deterrebat aduersitas · Curr̄ebāt ergo · mundū post se relinq̄bāt deum ante se habebant · sed interpōita sunt tormēta vt interrogarent̄ vl' quo desiderio hūc quererēt vel qua cōstantia hunc despexissent · Interrogata ē veritas · pbata caritas · cōfusa iniquitas · Accedūt ad penas itrepidi & quantū mentē amor int? vulnerauerat · tātum caro foras vulnera sua despicie-

bat · O caritas quomō illis sapiebas · qm̄ dulcis eis fuisti · quos tāta ppter te sustinere coegisti · Quib? illos ad te vinculis traxisti · quos mundo & p blādimenta detrabēte & p tormenta repellēte poere tamen non potuisti · Cucurrerūt quia tu eos otraxisti · & trāsierunt quia tu eos inuisti · puenerūt · qa tu eos suscepisti · Quā inextinguibilē in pcordijs eorum arsisti · quia nec pbris nec pmijs nec penis obrui potuisti · Ista quasi quedā flumīa inundauerunt · sed multa flumina & aque multe caritatē extinguere non potuerūt · O caritas quomō laudabo te · si sapem te appciarer te · Si scirem quātum vales pcium appenderē p te · sed forte excedis angustias meas · nec inuenire potero precium tuum penes me · dabo tamen qd̄ habeo · & totū qd̄ habeo · tota domus mee sustātia te commutabo · Et cum totum dedero · totum quasi nichil reputabo · Omnes delectatōes carnis mee · omnes iocūditates cordis mei p te libenter impendā · vt te solā possidere valeam · Tu sola michi carior · tu sola vtilior · tu sola suauior · tu sola iocundior · āplius delectans · abundātius satiās · tutius saluās · felicius pseruās · alijs etiā anunciabo de te · Dic michi o cor humanū qd̄ magis eligis · semp gaudere cum hoc seculo vl' esse semp cum deo · Quod plus diligis · hoc potius eligis · audi ergo vt corrigas dilectōem · nō differas electōem · Vide quomō totus tibi est dilectō · ipa electō · ipa cursus · ipa puentio & mānsio & beatitudo · Dilige ergo deum · elige · curre · apphende · posside · fruere · Iam inquis elegi qua via currā vt puenia · da socios ne aberrem · Recte sunt vie dommi · & iusti ambulāt in eis · Iusticia ergo est via · et iusti sunt qui in via curr̄ūt · nulla via iusticia rectior · nulla societas iustorū melior · nulla requies deo trā quillior · p caritatem cor dilatatē · corde dilatato via iusticie curriē · LXXXVIII. ¶ Adhuc de eodem de cōmendatōne eiusdē ·

O Bona caritas quid amplius dicam de te · Ducem te dixi in via dei · Quid si teipam viam dei dixerim · Adhuc inquit apostolus Excellentiorem viam · v · d · Tu es caput viarum rectarum · Omnes vie recte a te exeunt · & in te recurrunt · Nam pcepta dei vie sunt eius que omia a te pendent & in te cōsistūt · Tu es plenitudo iusticie pfectō legis · cōsummatō virtutis · agnitō vitatis Via ergo es o caritas · Qualis via · superexcellēs · suscipiens · dirigēs · & producens · Cuius via · Via hominis ad deum · & via dei ad homines · Tu deū ad hominem deducis · tu hominē ad deū dirigis · nec nisi p te ad vterutrū trāsire possumus · Tu media trix es · aduersos cōcilians · disiunctos socians · & dispes quodammō coequans · deū humilians · nos sublimans · illū ad yma trahens nos ad summa erigens · Sic tamen vt nec abiecta sed pia sit eius descensio · nec supba · sed gloriosa sit nostra exultatō magnam ergo vim habes caritas · Tu sola deū trahere potuisti de celo ad terras · O qm̄ forte est vinculum tuum quo & deus ligari potuit · & hō ligat? vincula iniquitatis disrupit · Nescio siquid maius in laude tua dicere possim · qm̄ vt deum de celo traheres · & homines de terra ad celum eleuares · Magna virtus tua vt p te vsq; ad hoc humiliarē deus · & vsq; ad hoc exaltarē homo · Cōsidero deum ex femina natum · infantem pannis obsitum · vagientem in cunis · sugentem vbera · respicō postea ꝓpehensum · ligatum · flagellis cesum · spinis coronatū sputis illicitum · lanceatum · clauis fixum · felle &

aceto potatum · illic indigna · hic dira passum · et tamen cur vel ita dignaret vel ita pateret si causam querimus · aliam pter solam caritatē causā nō inuenimus · O caritas quantū potes si tātuz mualuisti erga deum · quantomagis erga homines · Sed fortassis facilius vincis deuz qꝫ hominē · quia quo magis beatum eo magis est deo debitum a te superari · Hoc optime tu noueras · que vt facilius vinceres prius illum supabas · Adhuc nos rebelles habuisti · quādo illū tibi obedientē ō sede paterne maiestatis vsqz ad imfima nostre mortalitatis suscipienda descendere coegisti · Adduxisti illum vinculis tuis alligatum · sagittis tuis vulneratū · vt āplius puderet hominem tibi resistere cum te videret etiam in deum triūphasse · Vulnerasti impassibilē & ligasti insupabilē · traxisti incōmutabilē · eternū fecisti mortalē · hec oīa fecisti vt corda nostra emollires & insensibiles affectꝰ opungeres · vt se a corpore suo resoluerēt & facilius ea sagitte tue penetrarent · Nec incassum hoc fecisti · multi em̄ sic a te supati sunt · Multi iam tibi manus dederūt · multi iam in suis pcordijs sagitta s tuas infixas portant & altius adhuc eas infigi desiderāt · delectabiliter em̄ & suauiter vulnerati sunt · & plagas suas se pcepisse nec dolent nec erubescūt · O caritas q̄nta est victoria tua · Vnum prius vulnerasti · & p illum omnes post modū supasti · LXXXIX ·

¶ De emendatōne laudis eiusdem ·

O Caritas laudaui te quātū potui · Nescio em̄ si forte maius sit de te deum dicere an deum te supasse · quod si maius ē etiā hoc libenter & fiducialitē de te dicā · deus caritas est · nunquid parū est deum in se manentez habere tātum est caritatē possidere · Hoc priuilegium sola caritas habet · vt deus dicat & sit · Non em̄ dicit deus humilitas est · aut patiētia · quia cū omnis virtus dei donum sit · nulla pter solam caritatez hoc habet · vt non solum donū dei sed & deus dici possit · Reliqua igit̄ gratiarū dona largit̄ deus etiam his quos repbat · solam aūt caritatē quasi seipsuz his tantum quos diligit in pmium seruat · Caritas igit̄ est fons ꝓprius de quo non emunicat alienus quia qnicunqz illā habet non iam alienus est a deo sed ipe in deo & deus in eo manet · sic familiaris ē deo caritas · vt ipe māsionem habere nolit vbi icaritas non fuerit · Siquis inquit diligit me ꝛc · Animā in qua caritas habitat · supbia nō inflat · inuidia n̄ deuastat · ira non dissipat · tristicia mala nō vexat · & auaricia non excecat · gula nō inflamat · luxuria non inquinat · semp munda est · casta est · quieta ē · pacifica · benigna · & semp modesta · & in aduersis secura · & in psperis tempata · mundū ptemnēs · et deum diligens · omniū bona amādo sua faciens · & sua oībus libenter impiens · In quo caritas dei ē semp corsursum habet · & desideriū in supna eleuatum · Et siquādo ambulat · siquādo agit · siquando sedet · siquādo quiescit · quidqꝫ egerit cor ā do non recedet · tacens deum cogitat · & loquēs nil pter deum & quod ad amorem dei ptinet loqui desiderat · Alios ad caritatē exhortādo seipm̄ inflamat · caritatē omnib9 emendat · Quā dulcis amor dei · qꝫ amarus & qꝫ impurus sit amor huius seclī non solum voce sed & ope quoqz demōstrat · Deridet huius mundi gloriam & solicitudinē arguit Miratē cecitatē hominū qui hoc diligūt · quomodo iam dudum vniuersa hec caduca omnes nō cōtemnunt · omnib9 estimat dulce esse · quod sibi sapit · & omnibus placere quod diligit · omnibus manifestum quod cognoscit · Istis indicijs caritas se pdit igit̄ o bona caritas · quid dignū dicā laudib9 tuis Certe post tāta prioꝝ pconia nil de te dicere meapuitas psumeret · vbi nunqꝫ de te dici satis potuisset · Illabere igit̄ nobis o dulcis & suauis caritas dilata cor nostrū & expande desideriū · amplifica cordis nostri habitaculū vt cape possit hospitem · & mansorem domini · ·XC ¶ De meditatōne in creaturis & scripturis & moribus · Item de triplici meditatōne ·

Meditatō est frequēs cogitatō modum & causam & ratōem vniuscuiusqz rei inuestigās · Modum quid sit · causaz quare rationem quomō · Tria sunt genera meditationū · In creaturis · in scripturis · in moribꝰ · Primum surgit ex admiratōne · scām ex lectōne · tercium ex circūspectōne · In primo admiratō questionē generat · & questio inuestigatōem · inuestigatō inuentionē Admiratō est dispositōnis & questio cause · inuestigatō ratōnis · In lectōne autem sic ꝑsiderandum primo lectō ad cognoscendā veritatē materiā mīstrat · & meditatō coaptat · oratō subleuat · opatō oponit · gtemplatō in ipa exultat · Bona aūt quedā sunt necessitatis · quedaz voluntatis · Necessitatis sunt que sunt in pcepto & voto · De ceteris siqd superogat̄ reddit̄ · Si nichil non imputat̄ · Item meditatō in lectōne est triplicis ꝑsideratōis secūduz historiam est · quādo eorum que facta sunt vel rationem querimus vel admiramur suis tpib9 & locis & modo ogruo pfectaz · Scām allegoriā meditatō opatur in dispositōne pcedentiū futurorum significatōez attendēs miratōne & puidentia coaptatā · sicut oportuit ad intelligentiā & fidei formam fabricandā · In tropologia opat̄ quē fructū dicta afferant exquirens quid faciendū insinuent vel quid vitandum · quid ad eruditōem · quid ad exhortatōem · quid ad ꝑsolatōem · quid ad terrorez scripture lectō ꝓponat · & quid ad intelligentiam virtutis illuminet · quid nutriat affectōnem · quid formā viuendi ad iter virtutis edoceat · Meditatō in moribus est secundū affectus & cogitatōes & opa · In affectibus ꝑsiderādum est vt sint recti · sinceri hoc est ad id ad quod debēt esse Et quomō affectus est in eo ad quod rectus · et quomō debet esse sincerus · In cogitatōnib9 cōsiderandū vt sint munde et ordinate · Munde sunt quando neqz de malis affectōnib9 generant̄ · neqz malas generāt affectōes · Ordinate quando rationabilit̄ · hoc est tempe suo adueniūt · Tempore em̄ non suo etiam bona cogitare sine vicio non est · vt in lectione de oratione · et in oratione de lectione · In operibus considerandum est primum vt bona intentōne fiant · itaqz intentōnem oportet esse rectaz p discretōnem · et simplicē p benignitatē · Scōo in opibus ꝑsiderandum est vt ex recta intentōe inchoata cū pseueranti feruore ad finem pducant̄ · vt ne pseuerantia torpeat · nec amor tepescat · ·XC ·

¶ Adhuc de meditatōne in moribus ·

Item meditatō in moribus duplici consideratōne discurrit · foris ad famā · intus ad ꝑscientiam · foris quid expediat · et qd doceat · doceat ad exēplū expediat ad meritū · nobis ad meritum ꝓximis ad exemplū · Intus ad conscientiam · vt si munda que nec de ꝑterito iuste accusat̄ · nec de ꝑsenti iniuste delectat̄ · Itē in moribꝰ vt omnes motus cordis deꝑhendat vnde veniāt

aut quo tendāt · Motus igiē cordis aliqñ maīfestā habet originem · aliquando occultā · que manifeste bona est a deo est que autem manifeste mala · siue a diabolo est · siue a carne · Omnes aspirationes que imuisibiliter cordi adueniunt ab istis ꝓcedūt Que autem dubia sunt ī origine ꝓbanē a fine · Et que mala sunt differūt qm̄ que a carne sūt frequē tius surgūt ꝓter necessitatem · que vero a diabolo sepius ꝑter ratōnem · Item meditatō morū finē & directōnem in omni uersatōne ꝑsiderat · Finis est ad quod tendiē · directō quo facilius puenitur Qui directius pgit citi⁹ puenit · Sunt enim quedam bona in quibus etiam multum moueri parū est ꝓmoueri · Alia ꝑpendioso laboze fructū magnum adducunt · Et hec ergo discernenda sunt · & eligenda magis q̄ magis ꝓsunt · Multi hāc discretionem non habentes plurimum laborauerunt & parum ꝓfecerunt Et qm̄ oc⁹m forīs habuerunt tātum ad speciez opis et nō int⁹ ad fructū virtutis Gaudebāt em̄ magna se facere magis q̄ vtilia exercere · Et dilexerūt pot⁹ illa ī quibus videri possent q̄ emēdari · Itē meditatō ī moz⁹ primū cōsiderat que debita sūt siue ex p̄cepto siue ex voto et ea primū agēda indicat que sic facta habēt meritū · vt nō facta generēt reatū · Post hoc si q̄d voluntarie supaddiē sic faciendū est vt debitū nō ipediatur · Itē meditatio moꝝ duo mala ī bona actione p̄ apue cauēda cōsiderat · hoc est afflictōnē et occupationē · Per afflictionē dulcedo mētis amaricat · per occupationē trāquillitas dissipat · Afflictio est qñ ꝑ his q̄ nō valet p̄ īpatiētiā vitē · Occupatō quando in his que valz agendis p̄ īntpantiā agitat · Ne igiē male amariceē animus suam impossibilitatē patienter sustineat · Ne aūt male occupeē possibilitatē suam extra mensuram nō extēdat · Itē meditatō moꝝ ꝓbat nec ea que non fiunt impatiēter appetere · nec ea que fiunt īsipiēter fastidire · Qui em̄ semper quod nō facit appetit & quod facit fastidit · nec ꝑsentibus fruit̄ · nec futuris satiat̄ Inchoata em̄ ante ꝑsummatōem deserit & inchoāda ante temp⁹ apprehēdit · Propterea bonū est bono suo esse ꝓtentum · & p̄sentia bona supueniētib⁹ augere non ꝑ futuris abiicere · Leuitatis em̄ ē bonoꝝ ꝑmutatō · multūq; diuersa currunt via · qui ꝑ nouis vetera abiiciūt · & qui ab inferioꝝb⁹ ad supioza ꝑscendunt · qui em̄ mutatōem querit fastidiosus est · sicut qui ꝓfectum appetit studiosus.

XCII · ¶ De concordia misericordie et iusticie in filij dei incarnatōne ·

Misericordia & veritas obuiauerūt sibi ꝛc · Veritas erat in celo cū iudice deo · & misericordia in terza cum homine iudicādo Vbi em̄ misericordia esset · si cum misero nō esset · Accepto igiē tpe · assumpta veritate ōscendit de⁹ vt ratōem poneret cum homine · Q̄ cum vidisset misericordia nō ignara diuini cōsilij prexit obuiaz illi · deū cupiēs mitigare · & placatū adducere · Ibi ergo misericordia & veritas ob · ſ · Veritas affirmauit nequā homīes debere merito damnari · Misericordia respōdit eos vt boni fierent · spontanea etiam pietate debere vocari · Veritas dixit · q⁹ de⁹ malis omnimo ꝑcere nō deberet · misericordia dixit si nemini ꝑceret deus & nunq̄ bonos haberet · Veritas dixit se nolle nec posse tot scelera hominū tolerare · misericordia respōdit gratiā domini ad indulgendū supabundare · Videns deus tā diuersas sententias ad effectum simul ꝓcedere non posse ·

Dixit scriptum est · Misericordiā & veritatē diligit deus · Veritas aūt vult vt totum imputeē · misericordia vero vt totum ꝑdoneē · que simul fieri non possunt · Propterea peccatū homīs & ex ꝑte ꝓptē veritatē puniat̄ · & ꝓptē misericordiā ex ꝑte dimittat̄ · Veritas aūt intrans cor hominis clamare cepit · de terza hominē accusans · misericordia vero ñ desistebat ī celo orare dominū · ꝑ homīe postulās homo cōfessionē ad salutem ore ꝓprio faciebat · & misericordia p̄cibus suis dominū ad iustificatōez hominū ꝑpellebat · Veritas de terza p cōfessionez homīs oriebat̄ · & iusticia de celo ꝑspiciēs · p misericordiā dei ad terzas mittebat̄ · Quia ergo misericordia cum deo ꝑ homīe erat · & iusticia & veritas a deo cum homīe erat · iam inter deum & hominem erat pax ꝑ iusticia · Tunc ait iusticia ad pacez Nunquid satis est optīo mala dimittere · nisi etiam studeat bona ꝓferre · Laxauit peccata p indulgentiam · nunc cōferat virtutū dona p gratiā · Respondit pax & ait · Domin⁹ dabit benignitatē ꝛc · Confessio crimīs est in detestatōe mali · cōfessio laudis in exultatōne boni · Confessionē emīs parit timoꝝ ꝓfessionem laudis amoꝝ · ·XCIII· ¶ De mundana cōsolatōne & sequēti desolatōne ·

Te vobis diuitibus ꝛc · Anime ratōnali si vere saper · ꝑter verum bonū nihil sapet Nunc autē primū malū eius factum est · vt illo sublato egestatē illius patiat̄ · Deīde scōm accessit · vt in alio bono ꝑsoleē vt illud nō reqrat Perdito ergo eo quod intus erat bono · egressa est ad ea que forīs erāt bona aliena · & pactū fecit cū delectatōibus seculi · & regressa mouxit eas ad se vt fornicareē cū eis intus in abscōdito cordis sui et requiesceret sup eas · et non respiceret absentiā boni sui · quoniā secum habet societatē alienā delectationū huius mundi ingredientiū ad ipam ꝑ sensus carnis ipius · vel cum ipa egrediē ad illas · Cuz aūt claudi cepint porte iste sensuū carnaliū nō patebit deinceps via trāseundi admittē · Et tunc sepabiē societas vanitatis · et erit mundus forīs exclusus ne īgrediat̄ · et anima intus clausa ne egrediat̄ · Et veniet anima ad portas oculoꝝ et clausas inueniet · vt non egrediat̄ ꝑ visum · Deinde diffundet se ꝑ aditus sensuū reliquorū · et nō erit trā situs illius · quoniā repagula mortis ꝓpetue inflexibili rigore et īmobilibus seris valuas sensuum et aditus omercij antiqui sine fine ꝑcludent · Tūc anima misera in hoc tristi discidio solā se inueniet et quertēs se requirere incipiet illum socīū qui īc⁹ est et excludi non potest · et nō poterit habere societatem illius in desolatōne sua · quia non requisiuit illum in ꝑsolatōe sua · Tunc illa infelix desperatō ne cadet a se · et damnatōe sub se · et apiet se ꝓfundum in obuiam ruēti · Et cum illam excepit ꝓtinuo claudet̄ sursum et apiet̄ deorsū vt sine fine cadat et ad finem non resurgat · Propterea dixit dominus Orate ne fuga vestra hieme fiat vl̄ sabbato · Quid em̄ est hiems nisi tempor mortis · et quid sabbatum nisi post mortē tempus ꝑpetue vacatōis · Hiems siquidem tollit ambulandi potentiā · sabbatum negat licentiā · Sic et immīētis mortis tempore astrictus homo a correctōe ꝓpediē · Post mortē vero penitentia non recipiē · Hic grauat̄ ne bona opera exerceat · ibi ligat̄ ne damnatōem euadat · Hic correctō grauis ibi emēdatō impossībilis · Propterea bonum est fugere iram venientem · priusq̄ sentire incipias īmmentē · Ne vel voluntas nimis efficax

sit sine ope· vel dolor inutilis sine correctõne· Cogitet ergo anima in societate alienorũ nunc posita quia non poterit semp pmanere cum illis & eligat interim socium illũ· qui cum omnia subtracta fuerint solus fidẽ suat dilectoribꝫ suis. ·XCIIII

De tribus bonis quibꝫ placat deus·

INdicabo tibi o homo ꝛc· quia & deus q̃ trinitas est· non nisi trino sacrificõ digne placari potest· Offer ergo iudiciũ filio· iudici misericordiã· spiritui sancto caritatẽ· solicitudinem paternitati· sic tamen vt non discreat õne numerorꝫ vnitatẽ trinitatis diuidas sed singul' sua & simul vni singula exhibeas· Primũ em̃ iudiciuꝫ faciendũ ẽ de teipo· deinde inter te & pximũ tuũ Postremo ò pximo tuo· In eo iudicõ quo iudicas temetipm esse debes districtus· in eo quo inter te & pximum tuũ iustus· in eo quo pximum pius· Teipm iudica hoc modo· Cõsidera diligenter q̃ facis & quid non· quid facere debes & quid non· Postea hec ad inuicem cõferendo ppẽde· si idem· est quod facis & quod debes· Qõ si ita inueneris gaude sin autem· time Inter te & pximuꝫ hoc mõ vide quid facis pximo· & quid faciat tibi· Si tibi facit bonum & tu illi malũ reddis· malus es· Si tibi malum facit & tu illi bonum reddis· bonus es· De pximo tuo hoc modo· Vide quid facit· Si certum bonum est puũ· existima magnũ magnũ matius· Si dubiuꝫ bonum est· verum puta· si certum malũ est magnũ· puũ· puum mim? iudica· Si dubium malũ est bonũ puta· Oportet ergo te primuꝫ facere iudicium· vt qõ recte discernis ope opleas Deinde diligere misericordiã· vt bonũ quod agis non ex timore sed amore facias· Postremo solicitũ incedere ne vel bonũ qõ nondũ habes nõ merearis accipe· vel bonum qõ habes amittas· In his tribus trinitati in te opanti cooparis p illuminantez sapientiã· & cum lucente rectum discernis p ĩflamantẽ caritatẽ· & cum ardente misereris· Per puidam vero paternitatẽ· & cum tuente temetipm custodis· Per trinitatẽ itaqꝫ coopando trinitati· trinitatis ymago efficieris· verũ sacrificiũ· teqꝫ ipꝫ deo offers· cum ad eius similitudinẽ reformaris·

·XCV· De morali expositõne piscine superioris.

HIerusalem est anima· superior piscina ẽ ratõ p quã oprehẽdit celestia· inferior sẽ sualitas p quã affectat terrena· Superior piscina aqueductũ habet in agro fullonis· Fullo ẽ xp̃us qui pãnos suos calcat· quia electos suos per tribulatõem emũdat· vt eos sup niuem dealbatos sibi vestimentũ faciat· Cumb? fullonis est ista cõuallis lacrimarũ plena· s· mundus in quo ad cõculcandũ piecti sumus· Sed dum calcamur· vrimur & mundamur· quia pressura tribulatõnis & caritatem accendit & culpã abluit· Iste est fullo qui illa vestimẽta fecerat· que candida erãt sicut nix· qualia non potest fullo facere sup terrã· Iste agrũ habet vbi flores inueniunt optimi ad colorãdos pãnos· Ager est sancta scriptura vbi pascunt animalia dei· In hoc curzimus quãdo legim?· flores colligimus· quãdo p̃cepta discim?· pannos coleram? quãdo p̃cepta implẽdo virtutib? animas nostras decoramus· Patiẽcia est in rosa· & castitas in lilio caritas in croco· & humilitas in viola· puritas ĩ saphiro· Bene autẽ p agrum fullonis trãsit aqueductus piscine superioris· qui est radius oremplatõis p studiũ em̃ diume lectõnis apiẽ via cordi nostro vsqꝫ ad oremplandũ lumen diuinitatis· vt illuc q̃si de fonte vite aque spũalium donorũ descendãt praditi oremplatõis ad irrigandũ & implendũ finũ mentis nostre· Piscina inferior· hoc est sensualitas habet quinqꝫ aqueductus· quiqꝫ sensus corporis quos oblectamẽta huius mundi influũt ad replẽdum appetitũ nostre carnalitatis· Isti· v· porticus sunt in quibus multitudo languentiũ iacet· Sꝫ angelus domi scom tẽpus in piscinã descẽdit & mouetur aqua· quia dum diuina aspiratõ peccatorez intus tangit· illico terrore iudicij orturbat carnalis oscientia· Et quicunqꝫ post motõem aque in piscinam descendit sanus fit· quia diuina gratia pcuentus peccator si vere se ad penitentiã humiliat· & oscientiam impurã oueniens· aut acta mala districte diiudicat· ò quolibet delicto veniã osequitur Congregatis inquit aquis piscine inferioris· non em̃ viciũ est aquas piscine inferioris bibere· sed cõgregare· quia licz nobis bonis trãsitorijs vti ad necessitatẽ· sed non diligere ad supfluitatẽ· Si hierusalez animas dicimus· domos hierusalẽ corpa· Domos ergo hierusalẽ numerare est osiderata hoium multitudine timere de defectu rerũ· oputare sumptus corpis· & nõ cõfidere imunificentia largitoris· Vnde & post subiunxit· Aquas piscine veteris col zc· Murus exterior est corpus quo aĩa dauditur· Interior est ira naturalis virtus anime quavicijs irascit & otra tẽptamenta munitur· Preter murum· & murũ ad colligẽdas aquas lacũ facere est necessitatis loco cupiditatẽ admittere·

XCVI· De amore ordinato & iordiato·

QUus fons dilectõnis intus saliens duos riuos infundit· Mediũ quippe est cor hominis vnde fons amoris erũpit· & cum p appetitum ad exteriora decurrit cupiditas dicitur· Cum vero osideriũ suum ad interiora dirigit caritas· & omniũ malorum radix est cupiditas· & omniũ bonorꝫ caritas· Amor est delectatõ cordis alicui? ad aliquid ppter aliquod desideriũ ĩ appetẽdo· ĩ pfruendo gaudium· p desideriũ curzẽs· reqescẽs p gaudiũ· hoc bonũ & hoc malũ ẽ tuũ cor humanũ· qr nec aliũ de bonũ nec aliũ de malũ est· nisi q̃ bñ vl' male amas quod bonũ est· Nã omne qõ ẽ bonum est· Nec qui amat nec quod amat malũ est sed q̃ male amat· Ordinate ergo caritatẽ· & malũ inde nullum est· Omnipotẽs deus qui nullo ĩdigz ratõnalem spiritũ creauit sola caritate nulla necessitate· vt eũ bñtudis sui ptcipẽ facerz· Porro vt ad id aptus esset· fecit in eo dilectõez spiritale palatum p hanc sanctificãs ad gustum dulcedis intne· vt ei semp inherendo ipz quo beatificãda erat bonum & ex ipo sugeret· & de eo p desideriũ biberet· & ex ipo p gaudiũ possiderz· Suge o apicula suge· suge & bibe dulcoris tui ĩenarrabilẽ suauitatem· Immergere & replere· quia deficere nesãt si tu non incipias fastidire· Adhere ergo & inhere sume & fruere· Si sempiternus gustus fuerit· sempiterna quoqꝫ beatitudo erit· Igiẽ p amorez socia ta est factori suo creatura rationalis· solumqꝫ est dilectõnis vinculũ quod ligat vtrosqꝫ in idipsum et tãto felicius quanto fortius· Propter qõ et vt indiuisa societas et cõcordia pfecta vtrobiqꝫ habereẽ· et geminat? est nexus in caritate dei et pximi vt p caritatem dei omnes ad inuicem vnum fierẽt vt quod de illo vno cui omnes inherebant quisqꝫ in semetipo ñ capet· pleni? atqꝫ pfecti? p caritatẽ pximi in altero possideret· et bonũ oim fierz totũ

singulo rū. Ordínate ergo caritatē si desideriū est amor bene curzat. si gaudiū bene requiescat. Tría quidez sunt que amari bene aut male possūt. Deꝰ supza nos. pximus iuxta. mundus subtꝰ nos. Ordínate ergo caritatē. Si curzat bene curzat. Si requiescit. bene requiescat. Desideriū curzit. gaudium requiescit. Propter quod gaudiū vniforme ē. quía semp in vno est. Desiderū aūt motus mutabilitatem suscipit. & idcírco non se cōtinet i vno seo varías species repsentat. Tría deus. duo pximus. vnum mundus habeat in cursu desiderij nostri. Et est in desiderio ordínāda caritas. amor nā qz p desideriū. & de deo. & cum deo. & in deuz ordínate curzere potest. De deo curzit. quādo a deo accipit vnde eum dilígit. Cum deo. quādo eiꝰ uoluntati in nullo ptradicit. In deum quādo in ipo requiescere appetit. Duo sunt pximi potest em desiderium de pximo curzere. vt de eius salute & pfectu gaudeat. Cum pximo. vt eū in via dei et comitem itineris & sociū puentōnis habere cōcupiscat. sed in pximo non potest vt in homīe spez & fiduciā suā pstituat. Vnū est mundi. De ipo currere. non cum ipo aut in ipm. De mundo em desiderium curzit. quā do inspecto foris dei ope p amiratōem & landē ardentius intus ad ipm se duētit. Hec est em ordínata caritas. & pter ipam omne qđ agitē est inordínata cupiditas. ·XCVII·

¶ De sapore & nutrimento verbi dei.

Quamdulcia faucib? meis ꝛc̄. Verba dei vtiqz cibus sunt. non ventris sed mentis. ymmo ieiuniū ventris & cibus mentis. Cibus corpis tria habet in se. Sapor delectat. nutimentum sustentat. massa onerat. Sapor ad palatū ptinet. nutrimentū ad naturā massa ad miseriam. Vñ palatū pcipit saporē & stōach? nutrimētū & massam. alterum ad refectōem. alterū ad grauamē Nutrimentū vt illud in corpus trajciat. massā vt illam ejciat. Sapor quodāmō spūalis est. & ideo solūmodo delectat non grauat. Inde est q fames in faucibus satiari nunqꝫ potest. quia ibi nec appetitus mensurā habet nec delectatō finem. In stomacho aūt satietatē recipit. & delectatō finez. Nā quia ille nutrimentū qđ sustentat non pcipit sine massa que grauat. ne id qđ poest vltra modū appetere incipiat ipa quā simul pcipit illum onerando refrenat. Ergo frater cum māducas noli interrogare fauces tuas si satis est. Qz si iudiciū illarū sequeris priusqꝫ illas delectatōne repleas. stomachum tuū onere suffocabis. ventrē potius de mensura edendi osule. & priusqꝫ illum dolere dcipias. fauces ab auiditate ꝓpesce. hoc tamen de cibo corporali intellige. Nam de refectōe spūalis cibi fauces potius qꝫ venter osulande. Habet quippe spiritualis cibus. i. verbum dei similiter saporem suuz qui fauces spūales delectat. nutrimentū qđ spūalem substantiā pascit & vegetat. & massam que ī firmitatez pmit & grauat. Fauces spūales dicim? palatum cordis. Sapor dei est verbi gustus interne dulcedinis. Anima autem ipa substātia est spiritualis. Nutrimentū verbi dei est exercitiū virtutis. massa vero pondus laboris. quia ergo sapor ille interne dulcedinis sine fastidio sumitē. et q̄si de quodā spūalis cibi gustu fauces cordis delectatōnem pcipiūt. sed saturari non possunt. Quia vēo exercitiū virtutis quo anima pascitē non sumitē sine pontere laboris quo caro grauatē quasi quidaz sensualitatis nostre stomachus dū cibū boni opis exercendo pcipit. ne virtutē qua reficitē vlē modū appetat ipe eū quo pmitē labor opis castigat. Nō igitē ait. Dulcia ventri meo sed faucib?. acsi dicerz Per verbum quidē tuum domine venter carnalitatis pmitē. sed palatum cordis intus sapore dulcedinis delectatē. quia & si foris infirmitatē grauat labor opis. intus tamen ōsiderium pascit dulcedo & gustus suauitatis. Hinc est q dilectus ille. Iohannes de se phibet dicens. Accepi librū ꝛc̄. sic & tu frater deuota librū vite. verbum dei auide cōmede & noli ꝓpterea dulcedinē saporis eius desserere. si aliquid amaritudinis sentis in ventre.

·XCVIII· ¶ De humilitate qualiter deficit vel pficit.

Quobus modis diabolus in nobis humilitatē impugnat. p iniuriam videlicet et p reuerentiā. Nos vero si cīpas nostras & miserias attente inspicere volumus tunc fortassis nec indignum iudicabim? si nobis inferatē iniuria. nec dignum si reuerētia exhibeatē. mens etem hominis citius in laude sua decipitē. quia qđ libenti? accipit difficilius repellit. Nam dum bona sua nō nunqꝫ foris laudari audit. et se tācummō testimonio veritatis ofensum pbere existimat. non ipa eaz veritas sed adulatō potius delectat. Vt aūt pfs? ab elatōis vicō innocens esse videatē maiori adhuc calliditate se palliat. Et postqꝫ id quod ō se dictū est verum esse ofenserit. ne vllo modo sibi tribuere existimet. statim se ad gratiarū actōez vertit. Hoc autem nō ad humilitatē ei. sed ad elatōnis augmētum pficit. quoniam tāto iam fiducialius apud se extollitē quāto manifestius bonum suū non a se sz a deo esse pfiteē pharisiaca pfus supbia dicēs. Deus gratias ago tibi. Et vide quomō virus pestilētie paulatī se diffūdit. dum mens in sui admiratione occupata diffigitē. paulatim iam et eū a quo habet obliuisci incipit. et quasi iam sibi sufficiat qđ ē mala sua amplius ad memoriā reducere nō dignatur. Tunc hostis postqꝫ intus cor mundū vidz. opbria foris et iniurias admouet. qz scit q decepta mens tanto iā eas impatiētius susceptura sit. quāto in se nichil nisi quod laude dignū est agnoscit. Tría deniqz sunt p que humanitas aduersus illatā ctumeliā se defendit. Primū vt cōsideremꝰ culpā nostrā qua meruimus vt talia patiamur. Deinde quia quotiens ad nostram lesionē excitatē pximus hic quasi nō ille. sed in illo iusto iudicō suo ad nostram pbatōem siue iubendo siue pmittēdo opatē deus. Postremo q malum agēti non irascendū sed opatiendū sit sicut corpaliter infirmanti. quia omnis qui male agit non quasi ex virtute agens. sed quasi a virtute deficiēs. et velut quadā frenesi eꝫ tudine laborās pie tolerādus est. Duma ergo consideratō suadet nobis iusticiā. secunda reuerentiā tercia misericordiā. Contra reuerentiā autē et laudatōnē p eandē malorū suoꝝ memoriā hoc modo se debet defendere humilitas. non attendat neqz cogitet vtꝫ verum sit quod de se dicitē. aut dignū quod sibi exhibetē. sed statim ne decepta mens p ianem gloriam laudemqz qua foris pulsatē intus suscipiat. ex ipo suo vicō ei opponere curet vade potius erubescat dicens cū psalmista. Auertantē statim ꝛc̄. Quisquis em laudatꝰ de virtute osulturus scientiam addit. ex eoipo osentire iam adulatōni cuimatē. quia occasionem a ꝓpbatōis eius n̄ q̄reret nisi eam retinere potius qꝫ abijcere maluisset. Et idco fit nōnunqꝫ vt talem iusto iudicō deꝰ vitatē

discernere non pmittat·& testimoniū sciētie iam illi respondeat·non ad id qđ querere se finxit·sed quod inuenire desiderabat· XCIX· ¶ Exhortatō ad platos & iudices·

COnsiderate fratres dispensatōem dei·solus peccatores iustificare potest·vt tam humanā scientiā de sua pietate certā faceret potestatē relaxandi peccata homini pcessit·vt homo ad hominē quasi ad similē suū familiarius & fiducialius ueniret·quem & videre posset veniam postulatur? & accepturus audire·Deus eñ orantem videre potest·sed homo deum indulgentē videre non potest·Idcirco voluit de? vt hō homini loquereē·& de sua salute cum illo tractaret·sed ne forte salus ab homīe dubia esset· deus homo factus est· vt nec fallereē iudicādo nec falleret miserando·sed omne iudiciū datū est filio diuina potestate in pticipatōem hominū trāffusa vt homo peccata dimitteret·iuxta tamen diuinū iudiciū·cū idē ipe hō de? eēt·ipe aūt hō xps sic̄ pticeps factus fuerat nacē nr̄e·ita pticipes nos esse voluit honoris sui·Videte ergo ministeriū vestr̄ iudicate·Iudiciū suum in finem distulit·vt vos pius iudicetis ad correctōem·ne ipe post cū iudicare cepit·iudicet ad damnatōem·Vos eñ nō quasi iudices criminū ad pcutiendū positi estis· sed q̄si iudices morboz ad sanandū·Videte ergo languidum in manibus vestris·quem vobis misericors ille samaritanus omisit·Ceterum nondū xpus crucifigebaē·& tamen petrus feruorē suum cohibere non potuit·sed pcussit seruū pncipis sacerdotum nec multitudinē timens nec potestatē·Igiē videte quid facitis·christus in oculis vestris crucifigitur & vos adhuc gladium in vagīa habetis·cū tñ multitudo maior vobiscū sit q̄ cum illis·Quid vos ī passione xp̄i fecissetis·qui modo ad pcutiendū pigri estis·Ipe quippe dixit· Quod vni ex minimis zē·Igiē in xp̄o christus occidiē·& in xp̄iano tribulatur·Quid ergo facitis·q̄d pigri q̄d timidi estis· forte quia non statis sicut phinees·idcirco irā placare non potestis vt cesset quassatō·forte q̄ discubuistis ad ollas pharaonis·& saginā diligitis·pigrū est vobis surgere ad bellū·forte quia lanā diligitis & lac nō oues·idcirco pascitis vosmetipos non oues·& fugitis veniente lupo·quia ō ouib? non curatis·saltem si lac ouiū pmeditis carnes cōmedere nolite·si fructum p custodia ouiū q̄ritis ipas viuas seruate·Bonus pastor etiā carnē suam ouibus suis edendā dedit vt eas reficeret·& vos non solum mercenarij p̄cium p custodia queritis sed ipas etiam oues lupi facti ad vestrā refectōz necatis· ·C· ¶ De triplici visione & qua druplici vanitate· Idem super ecclesiastem omelia prima·

QRes sunt anime ratōnalis visiones·Cogitatō·ptemplatō·meditatō· Cogitatio est·cum mēs nocōne rei transitorie tangitur cū·s·ipa res sua ymagine animo subito pſentatur·vel p sensum ingrediēs·vel a memoria exurgens·Meditatō est assidua ac sagax retractō cogitatōnis aliquid vel inuolutū explicare nitens vel scrutans penetrare occultū·Contemplatō est pspicax & liber animi ptuitus in res pspiciēdas vsq̄z q̄z diffusus·& ita quodāmō id quod meditatio q̄rit ptemplatō possidet·Cōtemplatōnis autez duo sunt genera·Vnum qđ primū est & incipientiū in creaturarū pſideratōne·aliud qđ vltimū & pfecto rum est in ptemplatōne creatoris·In puerbijs salomonis quasi meditādo incessit·In ecclesiaste ad primum gradū ptemplatōnis ascendit·In canticis canticoz ad supmum se trāstulit· ¶ Idem in secūda omelia·Vanitas alia est in rebus cōditis·alia i opibus humanis·alia in corpibus·alia in mentib? Prima est mutabilitatis·secūda curiositatis·tercia mortalitatis·quarta iniquitatis·Vanitas mutabilitatis duobus modis in rebus cōsideraē·siue quia inanes sunt·siue quia trāsitorie sunt·In illo vane sunt·quia ostendunt qđ nō habent Iniſto vane sunt·quia non pmanent in eo quod habent·Vanitas cupiditatis in tribus cōstat·In cōcupiscentia scz oculoz in ocupiscentia carnis·in supbia vite·In omnibus eñ vanitas est·ꝓterea tam vanum est in his que bona videnē spem ponere· q̄ q̄ mala putanē formidare· Quid eñ facit ocupiscentia oculoz fallaces rez fucos & lubricos captās aspectus·Oblita sui fundiē·ac totā se curiositati ōdēi circūit omnia·siqua forte noua·siqua īsolita·siqua mira occurēāt·Ad omnes rerū motus altera semper p̄ceps·temeraria·pcax·instabilis·petulās·impatiens·& lubrica·sepe vana·sepe exultans· sepe inani timore trepidans·nullā interius radicem habens sed semp suspecta ad exteriores rez pendēs motus·Certe omnis creatura talis est homini qualis homo ipe est sibi·vt ab his que foris sunt nec bona mens ledi possit·nec mala iuuari·Igitur hec omnia nec ad malū bono·nec ad bonum malo esse possunt nisi quātum ipe animus vl'ista aspnando ꝓficit vel deficit puerse amando aut metuēdo ne·quid ꝓdest carnē moriturā ōliciaz luxu & voluptatum affluētia contra corruptōem tanto nisu defēdere·cum nemo sit qui possit eā a corruptōne custodire·Nā si supbia vite·siue de diuitijs siue ō dignitatibus gloriari velit·quid vaius esse potest Hec ꝓfecto diuitie·hec dignitates suis possessoribus solum ꝓferunt·vt quo in eis plus alijs accipe videnē·inde plus alijs onerati inueniāē·quos certe p eisdem acquirēdis vl'ꝓseruādis plus semper vel labore atterunt vel cura affligūt·Vanitas mortalitatis in duobus constat·in pena·s·que atterit & in pena que dissoluit· ·CI· ¶ De casta & curiosa visibiliū ptēplatōne· Idē in octaua·

DEmo visibilium rerū aspectū castis mētibus noxiū putet·Opus eñ dei quasi verbum illi? est p quod nobis loquit̄·Sicut ergo auris instrumentū est ad pcipiendū verbum hominis·sic̄ ocul? instrumentū est ad pcipiendum verbum creatoris·ꝓterea ꝓgrue in humano corpore & oculi sursum positi sunt·& aures a latere cōstitute·quasi p hoc nobis significeē q̄ nostra intentio secundario dirigi debeat ad ꝓximū ·p̄cipaliter ad deum·quare cordi humano totus mund? non sufficit·quia non saturaē oculus visu·nec auris impleē auditu·Ergo scientia succūbit·affect? trāscendit·Tendit se scientia quātum potest et totum capere non potest·amor vero totum haurit & adhuc saturari non potest·Quare hoc·quia scientie caritas supeminet·nec dicit·sufficit cor hūanuz donec ad illum pnenerit & illum īuenirit a quo factum est vt esset·& ad quem factum est vt ī illo beatum esset·Species rerū visibiliū quasi vene tāmmō quedam sunt·p quas inuisibilis pl'critudo se manifestans ad nos vsq̄z emanat·Et ideo cū ita sensum nostrū atq̄z effectum naturaliē ꝓuocant·ñ quidē desiderīū replent sed ad īquirendā ꝓditorie

speciem & eius pulcritudinē ꝯcupiscendā irritant
Item in .x. Cum animus veritatē deserit·hāc primum repulsus erroris sui penā patiē· vt ipam ꝙ̄ in se & ꝓpter se amare voluit veritatē iam ꝑ vanitate querere incipiat·& non tam veritatē ꝙ̄ nouitatem affectās mlta scire ꝯcupiscat· Incipit miser defectus sui erumna languēs·quasi quozūdaz fastidio de alijs semp ad alia appetēda discurzere & prioza abijcēs quasi vacua & sterilia sperat se desiderij sui effectum in his que supsunt posse obtinere·sed huius tam impudētis desiderij & stulte curiositatis iusta statim pena subsequiē·quoniam ibidem delectatōem puerse querit·nichil ꝓter dolorem inuenit & spiritus afflictōem & multitudine piter distrahiē·& pfunditate reuerberaē·& tñ aliquādo scientia tali vanitate quesita tātoqz labore ex pte quātulacūqz inuenta animū ꝑ supbiam inflat·vt dum de boni interioris gloria ad appetitū exterioris labiē·semp ad deteriorē vanitatē ꝓcipiteē· Tantoqz auidius totam se ad carnis voluptatem male dulcem experiendā effūdat·quātomagis interius fatigata·& ab inquisitōnis sue intentōne repulsa de inueniēda veritate despat· Sed & ibi quoqz vanitatē inueniēs requiescere nō siniē·quia in carnis voluptate fugientē delectatōem nec cuz ꝑsens est detinere potest·nec cum ꝓterierit reuocare·Sicqz vndiqz fatigata & dissipata·ꝓcella vanitatis sue cōcutiē·vt ꝑ ipm quo male delectata abijt·salubriter tandem afflicta redire ꝯpellaē·& sepe grauis quedā fit lucta in animo vt dum se infimis delectari piter & affligi cōsiderat·magno ō siderio & amore libertatis dilecta etiā si fieri possit deserere ꝯcupiscat· ·CII· De occupatōne mentis in exterioribꝰ· Idē in·xj·omelia·

Hanc ergo occupatōem·p·d·d·f·h·quia eñ mens hominis in illo vno bono stare noluit·in quo poterit feliciter requiescere·vel sine distractōe & occupatōe summe veritatis plenitudinem possidere·piecta foras extra semetipam in multiplicitatē rerū visibiliū spgiē· & veritatem quā intus cecata a fonte haurire nō potest·quasi p rimulas quasdam visibiliū arescētibꝰ ꝓcordijs saltem fugere conaē· Sed dum amplius p exteriora spgitur·magis ab iterioribꝰ auersa cecaē· Vnde bene legiē chain dixisse ad dominū· Ecce eijcis me & ero vagus & ꝑfugus·vagus ꝑ inordinatam ꝯcupiscentiā·& ꝑfugus ꝑ peccatricē cōscientiam·Igiē hanc occupatōem quare dedit vt distendātur in ea·vt se tendāt & distēdant·laborent & deficiāt·& reuertanē & sanet eos·Si enim in occupatōne sua non distenderenē neqz laborarent·dulcis fierz nimis ipa occupatō & nollēt illā dserere neqz redire āplius ꝯcupiscerēt vbi veritas est·Propterea dedit deus illis occupatōem pessimam vt distendanē in ea·Agamus pietati huius gratias·quia laborare nos facit in malo nostro·in auersione nostra·que sepiuit spinis viā nostrā· vt reuertamur ad ipm virū & sponsum & amicū anime nostre·quia bene erat nobis tūc magis ꝙ̄ nūc Hoc autem non intellexim⁹ nos·& putauim⁹ bene esse nobis cū male erat· Et ideo aspsit ipe amaritudinē & absinthiū & fel in poculū dedit supermale dulcem & blandientē ad mortem auersionez nostrā & occupatōnem pessimā· Occupatō eñ est distractō & illigatō mentiū que aūtit & dissipat & illaqueat animas ne cogitare ꝑualeāt ea que saluti sunt·vt distendātur in ea· Quid est distentā tur·exterius intumescāt·interius manes fiāt· Naz qō discendiē·foris quidem maius appet·sed vnde extrinsecus incrementū accepisse cerniē·inde veraciter interius soliditatē amisisse cōprbaē·dum eñ vltra se ptingere nitiē in id quod non est in semet ipo deficere incipit·et manescere ab eo quod est·

·CIII· De iactantia et vana leticia·

Idem in·xij·

